M. med.
783

783

Petri

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

ASYLUM LANGVENTIUM,

Seu

CARDUUS SANCTUS,

vulgò

BENEDICTUS,

Medicina Patrumfamilias polychresta, verusque pauperum thesaurus,

Ad normam & formam

ACADEMIÆ

NATURÆ CURIOSORUM

ELABORATUS

à

GEORGIO CHRISTOPH. PETRI,

D. Medicô Electoral. Moguntino, Facultatis Medicæ in perantâquo ad Hieram Lyceo Assessore.

Annô ἀπὸ τῆς ἐνσαρκώσεως τὸ ΛΟΓΟΣ M. DC. LXIX.

Senec. in Troad.

Miser occupet præsidia, securus legat.

JENÆ

Impensis VITI JACOBI TRESCHERI, Bibliopolæ Uratislaviensis,

Typis JOHANNIS NISI.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO. AC. SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. JOHANNI. PHILIPPO.

S.R.I. PER. GERMANIAM. ARCHI.
CANCELLARIO. ET. PRINCIPI.
ELECTORI.
SACRÆ. SEDIS. MOGUNTINÆ.
ARCHIEPISCOPO.
HERBIPOLENSIS. ET. WORMATIENSIS. EPI-
SCOPATUUM PRÆSULI. DUCI.
FRANCONIÆ.
PACIFICO. FELICI. MAGNANIMO.
PATRIÆ. PATRI.
DOMINO. SUO.
CLEMENTISSIMO.
CUM.
HUMILIMA. DEVOTIONE. SALUTEM!

HErbam porrigo, Elector Serenissime, exemplô priscorum, qui olim pastoralibus in ludis cursu superati, ex eôdem statim loco evulsâ Victorem coronabant herbâ, evidenti symbolô, quô se certamine victos palam profite-

BIBLIOTHECA
REGIA

fitebantur: Superatus ego à Sereniſſimâ T. Celſitudine tot ingentibus beneficiis herbam ad normam & formam Academiæ Naturæ Curioſorum elaboratam, atque ex amœniſſimis Botanicorum viridariis decerptam, Carduum ſcilicet benedictum, verum languentium aſylum, ad pedes Celſitudinis T. humillime depono, & hâc victoriæ in me indignum reportatæ teſſerâ, devotiſſimi pectoris ſigna ſtatuo haut tralatitia. Notandus eſſem turpi ingratitudinis maculâ, niſi gratiſſimi animi argumentum quoddam extare permitterem, qui annô ſuperiore inter Corporis & Aulæ Medicos relatus, & ſæpius ad ſacra Principis decumbentis admotus ſum pulvinaria. Gratulor incluto Curioſorum Collegio, cujus conatus Sereniſſimæ T. Celſitudini vehementer probari, non ſemel coràm intellexi. Scopus noſter eſt divinæ litare gloriæ, & proximo proſſe:

deſſe: hoc dum facimus, ſimplicia trium regnorum medicamenta penitius exploramus, ſepoſitâ tot tamque diverſarûm rerum & compoſitorum indiſtinctâ farragine: cumque brevis Vita noſtra vix ſufficiat tantæ rerum diſcendarum multitudini, Natura autem paucissimis contenta ſit, eapropter Collegio noſtro placuit, ſimplicia ſubjecta accuratius penſitare, & in ægrotorum, quibus plurimis res anguſta domi eſt, ſolatium, exquiſita eaque exilis pretii, eruere levamina: quod ſi à tot ſeculis elapſis curæ fuiſſet majoribus noſtris, jamdudum Ars Medica ſummum perfectionis culmen procul dubio attigiſſet. Suſcipe igitur, Elector Celſisſime, Tuâ, id eſt, ſerenâ fronte Carduum benedictum, antidotum Peſtis & malignarum febrium præſentisſimum, donarium mole quidem parvum, at veneratione magnum, non pretiò ſui, quod vile eſt, ſed offe-

offerentis devotione æstimandum. Molâ salsâ Diis litant, qui thura non habent: Sæpè pomum à plebejo oblatum, & aquam manu haustam maximis Terrarum Dominis acceptissima fuisse, Historiæ testantur: & quandoque

Rebus in exiguis commoda multa latent.

Eapropter confido, pusillum hoc opusculum ipsâ etiam utilitate se commendaturum, præsertim apud Principem tam benignum, & longè optimum. Deum Ter Maximum supplex veneror, ut Serenissimam T. Celsitudinem salvam & incolumem, undiquaque felicem florentemque diutissimè præstet ac tueatur. Dabantur è Museo Erfordiæ, prid. Calend. Mart. Annô M. DC. LXIX.

Serenissimæ Celsitudinis Tuæ

humilimus servus

Georg. Christoph. Petri. D. Med.
Elect. Mog. Fac. Med. Assessor.

Lectori Φιλιάτρῳ Salutem.

EN! sisto sanctum Carduum
Tibi, colende Lector,
is est levamen arduum,
& virium refector:
qui tamdiu negaverat
incomptus exhiberi,
videre lucem nunc amat,
se gestit atque quæri:
sed prævidet molimina
nefanda Zoilorum:
hinc advolare limina
horum negat virorum:
Ad doctiorum lumina,
(licet sit imparatus)
viam parat, ceu numina,
queîs nititur levatus.
Te, Mome, spernit herbula,
licet, sceleste, ringas:
nec curat illa, verbula
utut sinistra fingas:
Te spina Cardui ferit,
nî desinas nocere:
nec Auctor æquum duxerit
tricas tuas timere.
At Lector eruditior
fruatur hôc labore:
herbamque nostram mitior
suô beet favore.

In

In

CARDUUM BENEDICTUM PUBLICIS USIBUS DESTINATUM VOTIVÆ FAUTORUM ACCLAMATIONES.

Carduus haut omnis maledicto germen in agro est:
Non: *benedictus* enim *Carduus* excipitur:
Nomen *is* effectu probat: hinc benedictior à Te
fit: benedictus & hinc fit labor usque Tuus.

Honoratissimo Dn. Collegæ gratulab. f.
Eccardus Leichnerus. D.

In Momum.

Lappas & tribulos rodentem ut vidit asellum,
Dicitur austerus tripudiasse Cato:
Mome, tuis hæc est lactuca parata labellis,
Rode, Ego ridebo, si lacera ora tument.

Αὐτοχεδιαστὶ
Argonauta.

INter Naturæ Mystas non infime, PETRI,
Artibus excellens Doctor Apollinei.
Dum lucem expectat BENEDICTVS CARDVVS ille,
Quem tua descriptum dextera docta dedit:
Quò Te, quò tandem decorabo nomine, honore?
*CARDVI EQVES * merito diceris esse bonus.*
CARDVVS in sese quot vires continet almus,
Te tot circumstent gaudia perpetuò.

* *Masen. Spec. Imag. c. 33. n. 59.*

Pauculis hisce gratulans affectum
suum exprimere voluit
M. Samuel Boccius, P.L.C. Phil.
ac Eloqv. P. P. h. n. Gymn. Sen. Conr.

Πρω-

Προοίμιον.

TOta mortalium vita, quantulacunque teritur, Carduis horret, sentibus & spinis tota referta est: hanc in ipso limine, quamprimum scilicet ex maternâ eluctamur alvô, inauspicatus auspicatur gemitus; variat inde fortuna, & exercet labor; pertentat identidem morbus; terminat tandem mors. Usque adeô spinosa & senticosa videas hîc omnia. Experimur id, quibus in hoc mundi senticeto Supremus Creator ad tempus commorandi locum dedit, ad unum omnes: siquidem justô DEI judiciô agrum, immô totum mundum ad Carduos & spinas damnatum legimus: nec est, ut nimium de spinosis hujus ævi anfractibus, & labyrinthis conqueramur, cum videamus, ipsum non aliter tractatum fuisse Salvatorem, cujus sacratissi-

Gen. 3.

mo

mo capiti crudelis miles tot aculeos infixit: quem crucis candidatum Romanus Præsul spinea coronâ redimitum execrabili genti subsannandum stitit: cujus totum in terris curriculum infinitis opprobriorum tribulis & spinis miserè laceratum & irretitum fuit. Quot spinæ caput ejus transfigebant, tot sanguineos fontes excitabant, inquit Basilius, ex quibus salus nostra uberrimè scaturiret. Animum ergò non abjiciamus, quamvis subinde nos circumstet & urgeat tot malorum lerna: tantum spinosorum casuum & infirmitatum agmen. Percussus est & ille, qui percutit, iterumque sanat: qui morbos immittit, languores nostros portavit, & contra illos salubria remedia offert: ab hôc omnis medela tanquam ab inexhausto bonitatis fonte ad nos dimanavit: hic siquidem herbas, stirpes, & arbores fructiferas, itemque animalia diversorum generum è nihilo condita ad usus mortalium largissimè concessit. Noverat omniscius Creator, hominem post infelicem legis divinæ transgressio-

Esa. 53.

Digitized by Google

fionem ad incitas redactum, variisque afflictum iri morbis, ingruente præsertim senectâ, quæ proximô gradu juxta mortem constituta est, ordine Naturæ ineluctabili: in quâ hebetantur sensus: facultatum ἐνέργεια labefactatur: torpent membra: præmoritur visus, auditus, incessus, immò ciborum instrumenta dentes.

Noverat Supremus Conditor, hominem post infaustum illum deglutitum bolum multis etiam obnoxium fore externis injuriis, ut & venenis: hinc multiplicia antidota, quæ angustas ævi extenderent moras, & contra morborum venenorumque imperium conclamatos ab extremâ revocarent metâ, obtulit, ineffabilem clementiam in ipsâ irâ, paternum affectum in ipsâ vindictâ declaraturus. Quot, quæso, mortis prodromorum phalanges; quot symptomatum myriades; quot venenosarum plantarum, mineralium & animalium millia in nostram conjurarunt perniciem? Usque adeò

cir-

circumsilit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomina quaras,
promptius expediam, quot amaverit
Hippia mœchos,
quot Themison agros autumnô occiderit unô.

Homini machinatur insidias Aer, tinc-turis nonnunquam arsenicalibus, realgaribus & similibus coinquinatus, seu inspiratione attractus, seu transpiratione in corpus admissus, unde sæpè occultô modô corpus afficitur, morbi maligni & venenati integras regiones depopulantes excitantur. Contagium vel in aërem transfusum, vel aliô modo se insinuans, absconditis cuniculis vitæ nostræ tendit retia. Quoties aquarum inundationes, terrarumque concussiones, ac fructuum intoxicationes funestam generi humano cladem infligunt? A quâ vitiosâ hausta quot noxas pariat, quotidiana castrorum docet experientia: Immô videntur omnia elementa cum toto Cœlorum exercitu post deplorandum Protoplastorum lapsum in no-

noſtrum exitium conſpirare, ac venenoſis impreſſionibus morborum & mortis tyrannidem atrociſſimam in vitæ Rempublicam hoſtiliter introducere.

Ipſa alimenta, quibus nutriri debebamus, corpora noſtra tandem deſtruunt, immò deleteriorum Naturam non rarò induunt, & impuritatibus ſcatent tam profundè infixis, ut neque à validiſſimis Spiritibus ſeparatoribus perfectè ſequeſtrari poſſint, unde temporis tractu innumerabiles ferè morbi, tam ſulphurei, quam Tartarei, febresque malignæ ac peſtilentes enaſcuntur.

Immixta ſunt ſaluberrimis plantis & mineralibus tot horribilia & mortifera venena, tot ſpinæ inter roſas, tot inter fata ſentes poſiti, ut non admiratio ſolum, ſed & horror curioſum capiat Spectatorem. Repertum eſt in Nubiâ venenum, cujus unicum granum momento temporis divinum animal proſternere aptum natum eſt, O miſeriam! O calamitatem! quis non cum Heraclitô continuas lacrymas effundat? quis non cum

Pli-

Plinio addubitet, Parensne melior homini Natura, an triſtior novercа fuerit: quis non cum Sileno ſtatuat, optimum eſſe non naſci: proximum celerrimè mori, cum diu vivere nihil aliud ſit, quam diu torqueri, diu mori. Maledicta eſt Terra propter hominem, & profert, ut Poeta canit,

Spinasque tribulosque, interque nitentia culta
infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ:
cumque ſalutiferis herbis lethale venenum
creſcit, & irrigua nocuus latet anguis in herba.

Qui verò tot alexipharmacorum & antidotorum cognitionem adquiſivit non contemnendam, omnem prorſus timorem abjicit, animosque cum bonò DEO ſumit, & tot ſtipatus præſidiis contra perduelles humani corporis hoſtes animoſus procedit in arenam. Ampliſſimus per DEI gratiam patet remediorum campus, in quo debellator tot Strigum Medicus felici dimicat Marte: nec

ullum datur venenum, sive sit stupefaciens, sive erodens, sive putrefaciens, cui non objecerit DEUS alexipharmacum tàm commune, quam proprium.

Nec est, ut aliquis sibi persuadeat, alexiterias plantas hôc extremô tempore tantas vires non amplius obtinere, quantis olim præditæ fuerunt. Constantissima est in operibus suis Natura : nec ipsa Terra vel fertilitatis vel aliorum accidentium ratione unquam defecit : Eadem nunc simplicium & animalium temperatura, & eædem sunt operationes.

Admirandum est, illa omnia ferè certâ notata esse signaturâ, ipsô Creatoris digitô inscriptâ, occultas, quibus prædita sunt, vires, quasi digitô monstrante. Juglans nux amussitatam capitis & cerebri repræsentat figuram, eique maximum præstat emolumentum. Citrus sui fructus ; rosa & alleluja herbæ foliorum effigie Cor à malignarum febrium insultibus immune reddere innuunt. Pulmonaria tam saxis, quam arboribus adhærens figurâ suâ pulmonibus prodesse,

deſſe, tacitò adumbrat præconiò. Hepaticam nobilem jecori; Carduorum ſpecies nonnullas laterum puncturis; Scolopendrium lieni; dentariam dentibus; grana herbæ Paris oculis; halicacabum veſicæ; ſatyriorum ſpecies teſtibus; ariſtolochiam utero auxiliares ferre ſuppetias, ipſum externum loquitur ſchema.

Non itaque exiſtimandum, fruſtraneas & fortuitas iſtas ſignaturas eſſe, quæ ad certum aliquem finem à Naturâ deſtinatæ ſunt: in bonum ſcilicet hominis, imaginis divinæ, cujus gratiâ producta ſunt omnia, cunctaque perenni ſucceſſione propagantur & conſervantur. Et certè videtur Natura, quæ nihil fruſtra facit, nobis per ſignaturas, ceu ſpeculum quoddam ob oculos ponere, cui membro quælibet herbæ appropriatæ, & in quem uſum ſingula à Creatore condita ſint.

Multò majorem meretur admirationem, immò ferè omnem captum ſuperat, Hominem, animal illud plenum rationis & conſilii ab animantibus brutis

plurima didiciſſe remedia. Ab Ibi ave clyſteres profecti: (quos ideo Helmontius pro beluino habet remediô, videlicet ab ave edoctô:) hæc ſiquidem colli cute, tanquam clyſteris utre, Nili aquâ repletâ, roſtrum deinde ano inſerit, & aquam infundit, quâ cum excrementis rejectâ, ab omni dolore, quô antea laborare videbatur, protinus liberatur. Ita vomitoriorum uſum docuere canes, aſpera graminum comedentes folia. Pulſuum dignotioni ſimia; Venæſectioni Hippopotamus occaſionem dedit: quod etiam in equis generoſioribus obſervare licet: Cervi ſagittas corpori inhærentes, & feſtucas ungulis infixas dictamnô herbâ educere Cheirurgis monſtrarunt. Feles valerianæ; hirundines Chelidoniæ; ſerpentes fæniculi; ciconiæ origani; muſtela rutæ; caprinum pecus rubi uſum mortalibus exhibuerunt.

Egregiam & notatu dignam hiſtoriam refert Foreſtus *l.2.de incert. urinar. judic.* de lacertâ, herbæ galegæ vires cuidam Seni patefaciente: illa ſic ſe habet:

Se-

Senex quidam circa fluminis ripam animi causâ deambulans, & fortè fortunâ videns lacertam cum viperâ dimicantem, humi sese prostravit, ut pugnam aptius, bestiis non animadvertentibus, specularetur. Lacerta, utpote viribus inferior, validissimô ictu à viperâ sauciatur, adeò, ut moribunda pedibus cespitaret: verum paululum ad se reversa, per gramen longiusculum, viperâ non vidente, repsit per fluminis ripam ad galegam herbam in proximô crescentem, cujus foliô unô vel alterô devoratô, vires ex tempore pristinas recuperavit, atque denuô ad viperam sese convertens, eandem pari quô antea impetu masculè adorta est. Sed vulnerata rursus ὀφιόμαχος lacerta ictu non minus, ut ante lethali, rursus ad herbam clam dilabebatur, ut refectis viribus cum hoste capitali iterum descenderet in arenam. Sed frustra: eôdem enim impetu, viperâ scilicet longè infirmior, excipitur & sauciatur. Animadvertens autem Senex, non minus pugnam, quam herbam ipsam admirabatur, & ut periculum fa-

ceret, utrum herba tales vires occultas in se complecteretur, eandem clanculum, dum lacerta iterum cum viperâ pugnaret, radicitus evellit. Lacerta denuò saucia ad herbam reditum parat, quam cùm in consuetô locô non inveniret, statim occubuit atque exspiravit. Senex verò hujus herbæ vim expertus, Medicis ea, quæ viderat, narravit: atque ita innotuit herba, quæ præsentaneum contra venena, vermes, immò ipsam pestem suppeditat auxilium.

Rogerius Bacchon refert, olim quendam sapientem in minuta frusta secuisse serpentem, remanente tantum pelle ventris, supra quam reperet, integrâ: ille serpens, prout poterat, repebat ad herbam quandam, (quam nonnulli putant urticam fuisse,) cujus attactu sanabatur confestim.

Immò casu olim multa fuêre reperta, quod de carne viperinâ Galenus narrat *l. 11. de simpl. med. facultat.* Hæc in Elephantiasi & leprâ, desperatisque morbis mirabilia præstat.

Præterea ex vaticiniis, divinationes,

illi-

illicitâ cum Dæmonibus conversatione, ut & insomniis multa olim mortalibus patefacta sunt remedia. Notatu digna de Alexandro Magno narratur historia. Ejus enim milites à barbaris telis & gladiis venenatis aliquando lædebantur, & inter eos Ptolomæus, qui lethaliter vulneratus Regis sollicitudinem in se converterat. Alexander prælio defatigatus concubiâ nocte dormiens vidit Draconem, herbam quandam ore tenentem, ejus naturam, virtutem atque locum ubi nasceretur, edocentem. Hanc manè surgens reperit, conterit, vulnerique imponit, coctam propinat, & læsum sanat. Idem æmulati læsi milites certam salutem reportarunt. His exemplis humana ratio excitata tandem excogitavit vias meliores, quibus fragilem sanitatem pro viribus tueretur, ipsâ ad hoc opus compellente necessitate. Cum enim homines quotidie vulnerarentur, aut à serpentibus aliisque animalibus læderentur, simulque intelligerent, longè beatiorem esse eorum statum, qui secundâ valetudine

fruerentur, quam eorum, qui morbis afflicti miserum spiritum traherent: herbas conquisiverunt, quibus diversimodè præparatis Homo à morbis liberatus in sanitatis terminis conservaretur. Harum adminiculô & servatâ diætâ, nonnulli summum ætatis culmen, (posterioribus etiam & ferreis seculis) attigere: Hippocrates ipsius Jovis pronepos annos 109. vixit sine ullâ ægritudine, ut notat *Gabr. Fallop. in lib. Hipp. de vuln. c. 1.* Primicerius noster Galenus ad 140. annos pervenit: Xenophilus musicus 105. annos vixit sine ullo corporis incommodo. Immò quidam harum ope tam animosi facti sunt, ut se ægrotare posse, ἀθανασίαν crederent, quod de Asclepiade refert Naturalis historiæ conditor Plinius, qui palam professus est, se pro Medico haberi nolle, si per omnem ætatem unquam foret invalidus: cujus etiam voto fortuna respondit: nunquam enim adversâ valetudine per omnem vitam fertur usus esse: donec tandem in extremô senió præcipiti per scalas lapsu exanimatus est; turpe enim

censebat esse Medico ægrotare, vel in juventute mori.

Quorum exemplis excitati posteri longævitatis studiosi omnigena vitæ præsidia ex omnibus fere Creaturis erucre, omnem moverunt lapidem.

Atque ita paulatim incrementa sumsit studium Medicum, imprimis autem Botanicum, atque ex tot mille herbarum speciebus innumera tandem pro ægrotorum levamine conflata sunt auxilia.

Inter hæc autem prima occupat subsellia herba nostra, Carduus scilicet benedictus; inter reliquos Carduos facilè princeps, quem more hactenus inter Curiosos receptô, impræsentiarum pertractare, Authoritas Superiorum nos jubet: hic signaturam antipleuriticam & pneumonicam omnium oculis manifestè objicit, venenorum plurimorum domitor, pestis depulsor, febrium superator, Patrum matrumque familias polychresta medicina, & omnibus propemodum corporis affectibus oppositа

panacèa, sacraque languentium anchora & asylum est: & utut

hic vallatus acutis
circum frondibus horret,
intus sed tamen abdit
dulcem Carduus escam.

Sic rosæ pulchritudinem horridæ spinæ comitantur, in rosis spina, in spinis rosa certô evincit argumentô difficilem esse accessum rerum pulchrarum, juxta illud: δύσκολα τὰ καλά. Difficilia quæ pulchra. Hoc eximiè patet in Carduo nostro, quem secundum normam & formam Academiæ Naturæ Curiosorum duodecim sequentibus capitibus examinare animum induximus. DEUS, sine cujus supernâ luce irremeabilibus Labyrinthis mortalium animos implicari contingit, ita conatus hosce dirigat, ut ad sempiternam sui Nominis gloriam, & proximi salutem cedant.

Amen.

ANA-

ANATOMIÆ CARDUIBENEDICTI

CAPUT I.

Ejusdem etymologiam, paronymiam & synonymiam exponit.

TRaditurus historiam Carduibenedicti, qui inter reliquas Carduorum species facilè primas obtinet, ère fore putamus, quo felicius in rei perceptionem provehamur, ut prius ipsius vocis usum cognoscamus, id quod innuit subtilitatum Magister Scaliger *Exerc.1.* Unde igitur vox Cardui ortum ducat, brevissimis inquirere operæ pretium erit.

Carduum si quis *à Cardine* denominet, eum certè à januâ aberrare minimè putamus: siquidem in Carduo sanitatis præsentis conservandæ, & amissæ restituendæ, omnis propemodum *Cardo* vertitur.

Quod si quis herbam nostram *Cardinalem*, id est, præcipuam seu inter alias principem, (quemadmodum vox hæc à Calepino & aliis recentioribus sumitur,) indigitet, cum eo non pugnabimus: quoniam illa in classe simplicium alexipharmacorum eminet, velut inter ignes Luna minores: unde etiam ἀπὸ τῆς κρατήσεως dicta videtur, quia inter alias herbas propter virium excellentiam summum obtinet imperium: vel ἀπὸ τῆς

καρδίας, à corde, cui nobilissimo viscerì, vitalium spirituum & nativi caloris fonti, in febribus variis, præsertim autem malignis, ut medicina cordi quam maximè dicata, mirum in modum subvenit, illud roborando, & insuper veneno ac putredini potenter resistendo, unde ob admirandas, quas heîc exserit, virtutes à *Matthiolo in lib. 3. Dioscorid.* planta magni Nominis, magnæque existimationis; communiter autem Carduusbenedictus, ob singularem facultatem, adversus pestilentes putresque alios affectus, contra serpentum & scorpionum morsus, capitis dolores vehementissimos, vertiginem & id genus alios morbos, appellatur.

In commentariis veterum Græcorum & Latinorum nihil quicquam ferè de Carduobenedictô reperire licet, quamvis nonnulli Galeni, (*lib. 2. de alimentis*) auctoritate nixi sub atractylidis nomine Carduumbenedictum vendicent: de quo tamen valdè dubitamus, siquidem Atractylis in citato Galeni loco inter herbas vescas seu esculentas recensetur. Herbariorum nonnulli citant Galen. *lib. 6. de simpl. med. facultat.* in quo de Carduobenedicto ibidem Galenum loqui censent, ubi de Atractylide tractat, quæ tamen alia videtur fuisse herba, ut infra latius patebit.

Insignitur præterea pluribus nominibus: Mesues Bedeguar seu spinam albam; Arabes

bes schäukon mobharakon; Naturalis historiæ conditor *Plinius lib. 21. c. 15.* Atractylidem alteram hirsutiorem vocat: *à Caspar. Schvvengfeldio* ἀτρακτυλὶς ἐπιγειόκαυλος dicitur, quô cum sentiunt Theophrastus & Dodonæus. *l. 2. de stirp. Silesiæ.*

Atractylis, (quam Romani olim *Orci tunicam* vocabant, secundum Paulum Æginetam *lib. 7.*) ideô dicta, quod ejus scapô longô lævique olim rusticæ mulieres pro fuso utebantur: ἄτρακτος enim fusus est Græcis. Dioscorides, eô quod serpit, herpacantham, & propter folia ex obscuro viridantia melamphyllon; item ἀκανθηστοπίαν, acantham topiariam, marmorariam, arepulam seu crepidam, pæderotem & amorem puerilem indigitat.

Matthiolus Atractylidem & fusum agrestem; Valerius Cordus *in annot. in Dioscor. l. 3.* ut & Dan. Mylius *l. 6 Basilic. Chimic.* Georg. Bertinus *de Natur. medicamentor. l. 8.* pro acanthiô habent: in historiâ plantarum verô præfatus Valerius Cordus Cnicum supinum esse putat, cum enim molliora reliquis Carduis obtineat folia, supinus humi quasi procumbit.

Tragus Acanthum Germanicum appellitat, à divino Alcimedonte in gratiam Pastoris Damætæ fagineo Scypho olim insculptum: id quod Damætas apud *Virgil. in Eclog. 3.* sequentibus versibus exprimit:

Et

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
& molli circum est ansas amplexus acanthô.

Jacobus Sylvius *lib. 1. de med. simpl. Natur.* dubitat, an Carduusbenedictus acanthium vel Chamæleontis quædam species sit, ob diversas Authorum opiniones.

Matthæus Sylvaticus in pandectis Senisium esse dicit, eô, quod senescat & canescat caput ejus. Idem erigii, erigiri, entricomi, senecii & achantidæ nomine Carduumbenedictum cum Callimacho insignit.

Cœlius Aurelianus Siccensis *Chron. l. 5. c. 2.* coliculum agrestem vel erigeronta; [cui tamen in hoc contradicit Manardus,] D. Oribasius Sardianus *de virtute simpl. l. 2.* erimion vocat.

A Fuchsio ἀτραξύλις τραχὺς, s. hirsutior; ab Hesychio κνίκος ἀγρία; à Theophrasto Aristotelis discipulo Cnicus silvestris alter dicitur, quibus συάψηφος est Ruellius, ut & Bauhinus, qui Carduum nostrum Cnicum silvestrem hirsutiorem nuncupant, ob teneram lanuginem, quâ folia, caulis, & summitates investiuntur.

Dodonæus ex Carduobenedicto alteram Atractylidis speciem facit: Cæsalpinus & Tabernæmontanus Carduum sanctum; Lobelius felicitatum appellitant.

Ab Arnoldo de villa nova *lib. de simpl.* &

Johan-

Johanne de Vigo *l.7. de natur. simpl.* Cardobenedictus; à Simone Januense Carduncellus benedictus; ab aliis pappus vocatur, ut notat Matth. Silvat. *pandect. c. 244.* priori subscribit Brunfelsius, qui ob tot authorum dissensum dubius est, cujus sententiæ hâc in parte calculum addat.

Nicol. Agerius pro Chamæleonte Carduumb. venditat, *pharmacop. reformat. par. 1.* Præfatus Brunfelsius notat, Carduum nostrum ab aliis Senecionem, & crassulam mediam; item herbam Turcam appellari, cui astipulantur Franc. Alex. Vercellensis *rad. 1. p. m. 101.* Amatus Lusitanus *comment. in Dioſc. l. 3.* Jul. Cæsar Scaliger *exerc. 305.* Jod. Harchius *de simpl. p. 55.*

Crato herbam nostram in suis consiliis apud Scholtzium καὶ ἐξοχὴν Carduum nominat.

Tantoperè variant & ludunt Authores circa nomen Carduibenedicti: nos cuilibet hanc libertatem lubentes permittimus, modò nobis de re satis constet.

Benedictus autem dicitur Carduus noster, quoniam ab omnibus, à quibus sumitur, benedicitur, si detur habentibus infirmitates, contra quas valere creditur, ut notat Nicolaus in antidotar. de benedictâ laxativâ, cui medicamento exemplar quoddam Venetiis Ao. 1570. impressum Carduum inserit, qui tamē in dispensatoriis omittitur. Hęc obiter.

Supra

Supra nominatus Franc. Alex. Vercellensis reprehendit Matthiolum, quod contra Ruellium negaverit, Carduum nostrum secundam Cnici silvestris speciem esse: quem etiam re accuratius pensitatâ, sui erroris convictum, secum sentire, sententiamque mutare, se compulisse scribit.

Italis Carduusb. dicitur Carduncillo: Gallis chardon benoist, ou benist: saffran sauvage houssu: Hisp. Cardo sancte, el cardo huso: Anglis blessed Thisthle: Danis Korbendickt: Germanis, gesegnete Distel/hochgelobte/gebenedeite Distel / ut N. Agerius *pharm. reform. p. 1. vocat.* Edeldistel/*secundum Greg. Horst. l. 1. s. 6. c. 12. de Carduob.* Bernhardinerkraut / ut habet *C. Schwengfeld. l. 2. de stirp. Siles.* Communiter Cardobenedickten / Bornwurtzel/ item Spinnendistel vocatur, propterea quod lanugine aranearum telis simili capita Carduib. septa sunt. Vid. Val. Cord. *in 3. lib. Dioscor. cap. 18.* vel quod contra aranearum puncturas celebre & præstantissimum exhibet antidotum, de quo infra cap. 11.

Dantur, qui sedum in tectis petrisque nascens Carduib. nomine insigniunt, ut Simon Januensis *in clave sanation. p. m. 55.* Idem senecionis & trixaginis speciem esse existimat, sed omnia erroneè. Quidam ex Carduob. Chamæleontis speciem fecerunt: Ego nondum habeo, quod certè affirmare pos-

possim, inquit, Anton. Musa, citante Johan. Agricolâ *l. 2. medicin. herbar.*

Caput II.

Naturam, Signaturam, & descriptionem Carduibenedicti examinat.

PRælibatis variis Carduib. notationibus ad Naturam ejus accuratius perlustrandam accingimur.

Descript. Conspiciendum se præbet cum caulibus aliquot soncheis, teretibus, obsequiosis, brachiatis, ab unâ radice emergentibus, pedalibus, aliquando cubitalibus, rubentibus, hirsutis, intus fungosis & modicè concavis, cui locum & spatium nacti fuerint, ob mollitiem per terram se spargentibus, eapropt Renodæus *lib. 1. de mat. med. s. 4. c. 63.* Caduum nostrum straticaulem vocat.

Folia propè terram ac circa caulem obtinet quinque, sex aut septem, inferius spithamæ & ultra longitudine, latitudine dimidii palmi, ad summum trium digitorum, hirsuta, laciniata, modicè pinguia, mollia, per ambitum sinuosa, inæqualiter dissecta, subspinosa seu teneris aculeis non adeò pungentibus armata.

Ramuli à caulibus exeunt plures, foliis inferioribus spinosis multò minoribus vestiti,

in quorum ſurculorum faſtigiis ſeu ſummitate lanuginoſa exſurgunt capitula, foliis parvis, teneris, & maximè hirſutis circumdata, longitudine unciam excedentia, craſſitudine digitalia, ſuperius turbinata, ſquammis acuminatis eminentia ac muricata, unde acanacea dicta, è quorum mucronibus graciles, iique ex fulvo purpuraſcentes oriuntur aculei, utrinque exilibus & transverſim poſitis aculeolis aucti, ob teneritudinem inter pungendum fragiles, atque capituli mucronem circumvallantes.

Flores è ſuperficie capitum per medios aculeos emittit Cnici & reliquorum Carduorum more capillatos, colore in croceo flavô, ſeu ex luteô palleſcente.

Semina capitulorum floccis appenſa producit oblonga, turgida, ſtriata, teretia, colore cœſia & fuſca: ſuperius pappis inſtar barbarum prædita.

Radici innititur longiuſculæ, gracili, vere & æſtate carnoſæ & ſuccùlentæ, ineunte autummô verò lignoſæ, transverſis fibris brachiatæ: hæc pro ramorum & foliorum numeroſâ molè juſtô minor eſt, & albeſcit.

Tota planta tenetâ, pingui, & ſi tangatur, aliquantulum glutinoſâ lanugine veſtitur, maximè ea pars, quæ inter capitata cacumina & his circumdata folia exiſtit.

Jucundum ſcitu & utile eſt, quod de Carduobenedicto ſcribit Ruellius *de natur. ſtirp. l. 3.*

l.3. cap.55. p.48. eum scilicet, post evulsum folium vel ramulum sanguineis stillare guttulis: hoc autem non quôvis anni, sed messis præsertim tempore, ubi scilicet maturus, & copiosus succus est, deprehendi docet. Hinc sanguis hominis à nonnullis Rusticis nominatur, ut notat Jodocus Willichius *commentar. in lib. 1. Georgicor. Virgil. p. 106.* Id ipsum asserit Naturæ bibliothecarius Plinius *lib. 21. cap. 16.*

Obstinatè autem hoc pernegat Matthiolus *comment. in lib. 3. Dioscor. c. 91.* Nam etsi, inquit, ego vel millies periculum fecerim, nunquam tamen evulsô foliô vel ramulô sanguinem è vulnere profluere comperi.

Huic verò generosè contradicit Clariss. Simon Pauli, Professor Regius Hafniensis *in quadripartit. Botanic. class. 3.* quando rotundô ore pronunciat, velle erroris hoc in casu Ruellium arguere, manifestam esse injuriam. Addit prætere, Viros in Botanicis exercitatissimos, Fabium nempe Columnam, & Bodæum à Stapelen longè aliud docere: Posterioris verba adducit, ex eruditissimis illius notis *in Theophr. histor. plantar. l. 6. c. 4. p. 161.* petita. Experientiâ, inquit, didici, quod ante nos observavit Fabius Columna, Nobilis Neapolitanus, vir summus, [locus autem exstat in ecphrasi minus cognitarum stirpium *c. 2. p. 25.*] capitula hujus cardui, antequam flores panduntur, & florida mense

Majô, [apud nos Juniô, Juliô] recisa, sanguineum succum paucum fundere.

Lobelius idem in benedictô Carduô, ut & carthamô Monspelii se comperisse testatur: nam flores, & succos, colores, odores, aliaque accedentia incrementa & decrementa assequi putat aliis locis & temporibus aliô modô: quia multa succô sunt aut fulvô, aut purpureô, qui non nisi affrictu, maturatione, maceratione, aut expressione percipitur, ut in Androsæmis, papaveris Rhæados radicibus incisis, verrucaria, sive tornâ Solis, & aliis plerisque videre licet. Hactenus *Lobelius*.

Aëtius Amidenus *de re med. l.15. c.12.* de Atractylide sic scribit: Atractylis, quam quidam Androsæmon vocant, herba est aculeata, liquorem sanguineum reddens, si folia ejus confricentur. Videtur hic de Carduo benedicto loqui, quia mox addit [hanc tu spinam radicitus evelle, &c.] Androsæmon enim spinas nullas obtinet: præterea etiam multi ex antiquis sub Atractylidis nomine Carduum nostrum intelligunt.

Clarissimus Jonstonus *Not.Reg.Veg.p.236.* Cnicum primum silvestrem Dioscoridis, qui vera est Atractylis, sanguineum succum fundere vult, quâ de causâ Φόνος, ἀνδρόαιμος, ἄμυρος ob humoris copiam, & ἄφιδρος vocatur.

De hoc sanguineo Cardui sancti succô notatu dignum est, quod Cæsalpinus *lib.13. cap.*

cap.47. de plant. narrat, scilicet eum sanguinem ex naribus fluentem restringere, qui effectus secundum prælaudati D. Simonis Pauli [citatô locô] judicium, nisi illicò ad occultas qualitates confugiamus, siccanti illius facultati videtur tribuendus. An verò hic [pergit] in Carduobenedictô latitans effectus casu repertus sit, an verô studiosè indagatus, ob sanguinei succi, quô lauciatus stillat, signaturam, in medio relinquo.

Signatura ista, quæ non atramentô, sed ipsô DEI digitô in Carduobenedicto exarata, non est negligenda: hâc enim velut occultô interprete plantarum vires ægris mortalibus referantur, & abstrusarum rerum thesauri in apricũ ponuntur, ut discat omnium miserrimus homo, quomodo morbis, quĩ densô ipsum circumstant agmine, mederi, sibique opem ferre possit. Elucescit hino summa ter Maximi Creatoris gloria: siquidem omnes Creaturæ reverâ sunt σιγῶντες ἐπαινέται τῆς μεγαλωρεγίας & θεῦ, καὶ κήρυκες διαπρύσιοι, ut Q. Nazianzenus suavissimè dicit *in Oratione de Nativitate Christi.*

Aculeis igitur, quibus est armatus Carduus noster, ceu indubitatô argumentô probat, se contra omnis generis punctûras & laterum dolores, imprimis contra pleuritidem, peripneumoniam & sim. auxiliares ferre suppetias, de quo infra *cap. 8.* pluribus dicetur.

Caput III.

Carduorum differentias & species, ὡς ἐν παρόδῳ breviter indagat.

FAmilia Carduorum à munifico Naturæ luxu tam liberaliter & profusè aucta est, ut non minus operosum fuerit antiquis, [quorum, ut Plinius *lib. 20.* refert, in describendis carduis diligentissimi fuerunt Chœreas Athenienſis & Glaucias,] omnes eorum nosse differentias, quam parum facilè, eos exactè vel describere, vel notis inter se discernere.

Nos, ut Carduibenedicti inter tot alios carduos pateat excellentia, operæ pretium duximus, hic loci, si non omnium, plurimorum tamen Carduorum differentias, tanquam in diverticulo, benevolo Lectori ob oculos ponere: & deinde telam noſtram pro inſtituto κατὰ δύναμιν pertexere.

Carduorum nomine omnes herbæ aculeatæ veniunt. In genere Latini Carduum interpretantur, qui Græcis est σκώλυμος. Sunt autem Cardui tam pratenſes & paluſtres, quam arvenſes, ſeu avenarii & vinearum. Sunt & molles, lappæ vel Cirſii capitulo. Hûc refert Jonſtonus *Not. Regn. Veg. pag. 234.* Limoniam Theophraſti, Gazæ, betam ſilveſtrem aculeatis foliis: eriſithalem.

Pli-

Plinii, luteô flore, foliis Acanthi: & Ceanothum Theophrasti spinam, cui radix nec arundinosa, nec geniculata.

Frequentissimi Carduorum sunt Acanthium majus, ubique viarum obvium, radice crassâ, foliis magnis serratis, lanuginosis, & aculeis horrentibus, echinatô capitulô cum staminibus purpureis: Germ. weisse Wegedistel: maximi contra hæmoptysin, spasmum & odontalgiam momenti; quô pertinet Acanthium Illyricum seu peregrinum.

Leucacantha secundum Matthiolum ab acanthio differt, radice cyperi validâ & amarâ prædita: quam dolori dentium, laterum doloribus, ischiadicis, ruptis & convulsis mederi scribit.

Acanthus seu branca ursina, Trago spina καὶ ἀνιφεσιν, quia minimè spinosa carduis accensetur, nonnullis μαιμορέμια & κιπάρια, & melamphyllum, dicta, Germ. Bärenklau/ herba vulgatæ cognitionis & usus, cujus radix suavissimum Podagricis præstat solatium.

Carduus sativus, Scolymus, Cynara, [eò, quod cineribus gaudeat sata & culta] aliàs strobilus, propter capita strobilis similia, Germ. Artischocken/ vocabulô, ut Trago apparet, corrupto, à carduô & cocalo derivatô, quasi dicas Cardococalus, vel Carduus Cocalo similis. Nam capitulum ejus, inquit

Fuchsius, structili nucleorum serie Cocalum, vel ut alii loquuntur, nucem pineam referre videtur: Hic carduus vescus est, obsonium suppeditans suavissimum diureticum, benè nutriens & aphrodisiacum: quod tamen rejicitur à Vict. Trincavellio *Conf. l. 1. Conf. 41.* qui caput horum esu repleri, flatusque inde generari affirmat. Hunc carduum culturæ mangonium domitâ feritate ex agris in hortos venire compulit, nescio quâ gulæ audaciâ, quæ campestria terræ portenta, & asinorum pabula, in ganeam & luxum vertit, à quadrupedibus plerunque neglecta: usque, adeò ventris ac Veneris desideriis, ac illecebrosis voluptatibus obsonantur epicurei homines telluris inutile pondus, ut præclarè disserit Anton. Mizaldus, *in hort. Med. p. 107.* Nihilominus hunc carduum sæpè comestum facere, ut masculi concipiantur, statuit Petrus Hispanus, *in thesaur. pauper. c. 52.* Obtinet præterea alios usus, siquidem emendat Corporis graveolentiam, & lichenas curat, & Nicandri authoritate venenis resistit, ut notat G. Bertinus *l. 18. de naturâ medicamentorum.*

Datur etiam silvestris Cynara, spinosissima, radice dulci, flore luteo, à Rusticis ad lac coagulandum expetita: huc pertinet Eryngium luteum seu scolymus Theophrasti.

Scolymus silvestris seu Heracantha, Germ.

Germ. **Dreywdiſtel**/vinum redolet, & copiosè provenit in Bohemiâ, cujus capita lanuginosa feminibus referta sunt.

Scombri Carduus Cretensium, ascolymbrus Bellonii, Scombrovolus à Cynara non multum abludit, Italis spina borua dicitur.

Carduus Mariæ lacteus, Silybum, leucographus, Germ. **Frauendiſtel / Vehedi-ſtel**/Gall. cardon noſtre Dame, herba trivialis, procera, albis notata maculis, sacra, pleuriticorum, calculoſorum, peſte correptorum, & nutricum, quibus lac defecit, anchora. Hujus flores in ſtranguria ſolô aſpectu militi cuidam profuiſſe, teſtis eſt Platerus de vit.

In carduorum cenſum non incommodè recenſetur Carlina, ſeu Carolina, ab Angelo contra peſtem Carolo Magno commendata, ut ſcribit Helmon. tract. de tumul. peſt. & Jonſton. N. R. V., aliàs Chamæleon albus. Germ. **Eberwurtzel**/foliis & floribus aculeatis inſignis, peſtis & venenorum antidotus præſtantiſſima eſt: ab Ericio Cordo Carduus panis & pacis appellatur.

Hûc refertur Chamæleon nig. ſeu Crocodilium, Germanicè **Welſchdiſtel**/ob nimiam, quâ pollet, exſiccandi & calefaciendi vim vix uſuale: hinc quia jumenta anginæ modô necat, κυνόφορον; quia caninum refert odorem, Cynoſoron appellant.

C. Cluſius ſilveſtris cujusdam Carlinæ

reminit, quæ Germanis dicitur Klein wilde Eberwurtzel.

Carduus echinatus, Cordi Sphærocephalus, Germanicè Spehrdiſtel/ echinô cæruleô pilæ magnitudine insignis est: hujus virtutes nondum satis exploratas silentio involvit Botanicorum chorus.

Carduus lanceolatus, à foliis lanceam referentibus ita dictus, capita obtinet aculeis minoribus obsita, radicem fibrosam, flores fuscos & lanuginosos.

Carduus ferox, seu Phœnix, Leo, Germ. Lôwendiſtel/ longissimis acutissimisque spinis horrens, floribus luteis insignis, nullum, quantum liquet, adhuc habet usum.

Carduus albus, leucacantha, spina alba, seu Onopordum 2. Germ. Vehediſtel/ cujus radix exsiccans est & adstrictoria. De hoc carduo Avicenna scribit, quod podagræ medeatur & junctura rum morbis.

Carduus Arabicus, Arab. Suchaha, nobis incognitus, secundum Plinium *lib. 24.* spissat & astringit, valet contra destillationes, nimium sanguinis & mensium fluxum.

Judaicus carduus sanguinis sputum sistit: Ægyptiacus febribus diuturnis, ut & venenis adversatur: Arabicum vocant nonnulli silvestrem Cynaram; ab aliis Donacitis, Spina Regia, & Carduus ramptorius appellatur.

Carduo, qui κίρσιον dicitur, cauliculus tener duorum cubitorum in imo triangulo similis:

milis: folia bovis linguæ, in extremò aculeata, in cacumine capitula purpurea, quæ in lanugines solvuntur.

Carduus tomentosus, onogyros fortè Nicandri, Angliæ collibus frequens, radicem, obtinet personatæ similem, foris fuscam, intus albam, gustui gratam, diureticam.

Carduus bulbosus, radicibus Cyperum æmulans, glutinosus, montis Pelii accola, tenuium est partium & nonnihil calefacit.

Carduus pratensis, omnium Carduorum tenerrimus, Germ. Wiesen-kohl / Wiesen-wolle / Trag. Helvetiæ & Germaniæ pratis familiaris, brancam ursinam foliis imitatur, & nonnullis in locis inter esculentas herbas locum invenit.

Carduus stellatus, Germ. Stern- oder Radendistel / duorum est generum: primus flores fuscos, & semen habet omnium Carduorum minimum: Secundus flores albos obtinet, priori quoad reliqua non dissimilis. Aqua ex hoc carduo destillata secundum Baptistam Sardum lue Venereâ infectis confert.

Carduus solstitialis, arvensis, solstitiô exactô exarescens, Germ. Haberdistel / Ackerdistel / inter segetes tantâ feracitate luxuriat, ut earum incremento non parum officiat, & messorum manus pedesque sæpissimè vulneret. Ejusmodi Carduos Plin. *Hist. Nat. l. 18.* potius inter frugum morbos, quàm

quàm ipſius terræ peſtes numerat. Ad tineas, lichenas & ſcrophulas valere creditur.

Carduus Veneris ſeu Carduus fullonum, Germ. Kartendiſtel / aliàs dipſacus ſitibundus, labrum & lavacrum Veneris, ut & virga Paſtoris internis uſibus rarò inſervit. Ex medullâ hujus Cardui matureſcentis vermiculus naſcitur, certum contra quartanam remedium, ut notat Jul. Cæſ. Scalig. *exerc. 59.* è Dioſcor. & Senn. hypomn. Phyſ. *p. 484.* Eundem vermiculum commendat Marcellus *lib. de med. contra dolorem dentium.* Radicis decoctum rhagades & fiſtulas ani, ut & verrucas tollit.

Hûc pertinet Galodragon Xenocratis, ſpinoſum & paluſtre, capite ovo ſimili, in quo creſcente æſtate vermiculos naſci tradunt.

Carduus omnium ſpinoſiſſimus, ſeu Polyacantha, Germ. klein Wegediſtel / puniceô & purpureô flore inſignis, & densâ ſpinarum phalange circumvallatus eſt: planta rari uſus: à nonnullis ὀνόπυξ vocatur, ſeu buxus aſininus, quia gratiſſimum aſinis pabulum ſuppeditat.

Cardui omnium minimi, [qui ideò Carduncellus dicitur] in Narbonenſi agro ad lupum montem naſcentis, uſus incognitus, quia planta vix nota.

Melocarduus echinatus omnium Carduorum

rum rariſſimus, Indiæ occidentali ſuos natales debens, Naturæ quidam quaſi cinnus eſt ſecundum Lobelium, ex pepone, melone, & carduo coaleſcens.

Carduis non inconcinnè aſſignatur à Tragô Ononis, reſta bovis ſeu aratri remora, ſpinis horrida, Germ. Hauhechel / cujus radix & cortex calculoſis inſigne ſuppeditat levamen.

Cnicus ſativus officinarum ſeu Carthamus folia obtinet brevibus ſpinulis crenata, anguſtâ cervice ramulis adhærentia, capita inter folia ſquamata, florem croceum, rarius albidum, Græcis κέγχρος, aliis crocus campeſtris & Saracenicus. Hujus ſeminis medulla phlegmagoga eſt, & ad purgandum expetitur.

Euphorbium à Juba Rege Medici ſui nomine inſignitum ſpectatur foliis acanthinis. Vis ejus tanta eſt, ut è longinquo ſuccus, qui euphorbium dicitur, excipiatur, de quo Vid. Jonſton. *not. regn. veg. p. 243.*

Drupis, δρυπὶς, ſpina umbella eſt, foliis vidua, vulnerans aculeis attrectantes, unde nomen.

Non incommodè inter carduos refertur Eryngium, iryngus, German. Mannstreu oder Brachendiſtel / cujus alteram ſpeciem Cluſius carduum muricatum; Dodonæus ſtellatum vocat. Hujus radix vel condita, vel aliô quôvis modô uſurpata aſthmaticis,

ticis, nephriticis, & imbellibus in bello Veneris bellatoribus apprimè commendatur.

Tragacantha, hirci spina, Germ. **Bocks/dorn**/hûc pertinet, planta spinosa, è cujus radice & cortice vulneratis gummi exstillat, suâ sponte lachrymarum instar consistens, usus notissimi, oculis, faucibus exasperatis, & multis aliis usibus destinatum medicamentum.

Tragon, Germ. **Scorpionkraut/Meer/stachelkraut**/foliis maximè spinosis se carduum esse testatur, baccas fert rubicundas, semine prægnantes.

Acarna Theophrasti & Walerandi carduus est Germaniæ ignotus, cujus mentionem facit Lobelius, in suis observationibus locô cit. Sunt, qui acarnam laurum esse scribunt, inter quos Jonstonus, *not. regn. veg. p. 236.*

Poterion, aliis phrynion, Cardui species est, quæ hodie plerosque latet: vestitur totum multâ & tenui lanugine, quam ostendit in ramulis, tam minimis quam maximis. Semen fert odoratum, sed inutile secundum Cordum: siccat & adstringit. Gummi, quod ex vulneratâ exsudat radice hausstum, phthisicis subvenit. Radix nervis præcisis confert, quod etiam decoctum ejus præstat.

Dantur adhûc plura Carduorum genera, ex. gr. Carduus Araæophyllos Dalecamp.

Con-

Condrylloides ejusdem: eriocephalus Clusii & similes.

L. Apulejus Madaurensis in suâ de virtutibus herbarum historiâ plurimorum carduorum mentionē facit, videlicet: Chrysisceptri, ixiæ, pācratii, ulophini, cynomazi, cynozoli, ocimoidis, Cardui nigri, vernilaginis, ustilaginis, & sim. Theophrastus Paracelsus cardui angelici meminit, cujus radicem à viatore portatam reliquis simul peregrinantibus omne robur auferre scribit. Fortè Carlinam intelligit.

Hier. Cardanus *l. 13. de subtilitate*, carduum describit Indicum, Cerium vocatum, tantæ magnitudinis, ut lanceas æquet, cujus fructus jucundus, ruber, granis plenus nucem non excedit. Alterius etiam cardui mentionem facit, quem Tuna vocat, cujus fructum citra periculum sanguinem cum urina educere, nec parvam ventriculo utilitatem afferre scribit.

Spina murina seu Corruda tertia C. Clusii non incommodè carduis accensetur.

Enumeratos hos carduos multis anteit parasangis si virtutem & efficaciam spectes,

CARDUUS BENEDICTUS, reliquorum Carduorum antesignanus, hortorum gloria & decus, graviumque morborum ριζοτόμος, pro quo munere sit in ævum benedictus Creator altissimus.

Differre autem videtur & noster carduus ratio-

ratione natalis soli: est enim hortensis, qui passim in hortis colitur: & pratensis, cujus meminit Petrus de Crescentiis *lib. 10. c. 4.* de quo cap. seq.

Greg. Horstius *lib. 1. s. 6. c. 12. de plant. Augusti* duas carduibenedicti species facit: unam magis aculeatam, & in altum assurgentem, rariorem, & in officinis inusitatam: alteram minus aculeatam, & humiliorem, non tantum apud Medicos doctos, sed etiam in domesticis remediis usitatissimam, quam hic intellectam volumus.

Caput IV.

Carduibenedicti locum natalem, & tempus, quô crescit, floret & adolescit, exhibet.

Genitale solum, ubi incrementa sumat Carduusbenedictus, sibi elegit in cultissimis hortorum viridariis, dignô videlicet tantô hospite diversoriô: quamvis Bellonius scribat, in Insula Lemno Carduum hunc suâ sponte in arvis copiosè provenire.

Inquilinus nostrarum Regionum Carduusbenedictus est, verum, ut fama est, ex remotissimis terrarum locis primitus ad nos allatus, ut notat D. Nicol. Agerius *pharmacop. reformat. part. 1. p. m. 34.*

Indiarum indigenam esse Carduum benedi-

nedictum, testantur Tragus & Alexius Pedemontanus, quando gloriosæ memoriæ Imperatori Friderico illum ex Indiis olim pro insigni donario transmissum esse, literarum monumentis consignarunt: addunt insuper, modo dicto Imperatori simul à nautis relatum esse, Carduumbenedictum summum contra hemicraniam esse remedium.

Insulam B. Thomæ sub æquinoctiali circulo sitam, Carduorum esse feracissimam, eosque cum sicci sint, in siccâ regione luxuriare scribit Hier. Cardanus *de rerum varietat. lib. 1. c. 4.*

Ex Petri de Crescentiis *lib. 10. c. 4.* supra notavimus, Carduumb. nonnunquam in pratis luxuriare: propterea author hic Patrem familias admonet, ut reliquas Carduorum species tanquam pratorum pestes exstirpet, Carduobenedicto autem, ceu herbæ multis usibus aptæ parcat, eique locum inter reliquas pratorum delicias concedat.

Supra citatus D. Nicol. Agerius autem negat, illum suâ sponte ullibi provenire, sed sedulam requirere hortulani culturam: nec etiam sic satis feliciter quandoque adolescere.

Dantur, qui statuunt, Carduum nostrum inveniri interdum in agris propè limites & vias, spinâ candicantibus foliis, albæ spinæ non dissimilibus, quæ per ambientem oram tantum aculeos erigunt, & spissâ pubescunt

lanugine, quæ facilè in floceulos depecti posset, sed usque adeò fragiles, ut inde nec telas ordiri, nec fila ducere quis valeat. An verò sit acanthium, nec ne, asserere non audent: putant tamen, Valerium Cordum, cum quibusdam aliis non absurdè asserere, acanthium esse nostrum Carduumbenedictum, quem Ruellius atractylin esse statuit.

In arduis alpibus Galloprovinciæ prope monasteria Marignols vocata, ubi undique effodiuntur Crystallinæ irides, & varii coloris alii lapides, crescere Lobelius scribit Carduum nostrum: quodque sit in summo monte rigidior, & aliquantò minor hortensi.

Semen terræ committitur principiò veris, aliisque anni temporibus, lunâ accrescente. Solum amat pingue, benè stercoratum, quamvis etiam aridioribus in locis nonnunquam proveniat.

Conradus Gesnerus *in libro de hortis Germaniæ* statuit, Carduumbenedictum hyemis sævitiam benè ferre, si autumni principiò seratur, & lætiorem ita provenire, quam vere satum.

Nonnulli carduos omnes sine spinis nasciturós pollicentur, sic acumina seminum confringantur: vel si lapidis attritu semina conferenda retundantur, ut Varro docet *in Geopon.* Id olim fabulosum se existimasse Cardanus *lib. 6. de rer. varietat. cap. 26. & lib.*

Digitized by Google

lib. 13. de ſubtilitate ſcribit, ſed poſtquam Lutetiæ & in Scotiâ carduos omnes fermè ſine ſpinis creſcere viderit, fidem huic rei adhibuiſſe: ſed addit, ejusmodi carduos aculeatis multò eſſe inſipidiores, & jure, nam ſiccior pars & quaſi ſalſa ſublata eſt, ex quâ ſpina procreatur: ob id, ſi inter aculeatos ſerantur, à muribus non exedi, ſed aculeatos, dicit: addit inſuper, ſaporem ſemina in carduis ipſis quem combiberint multum referre. Hæc Cardanus: cui adſtipulatur Palladius *lib. 4.* inquiens: Si cacumina ſeminum cinaræ confringas, quod etiam in reliquis carduis experiri poteris, ſpinis carebunt: & ſi per triduum eadem madefeceris in aquâ odoratâ, & ſiccaveris, nec non ſeminaveris, eum odorem ſervabunt.

Flores protrudit Junio & Julio menſibus fragrantiſſimos, odore pira moſchatellina æmulantes, de quo cap. ſeq. pluribus dicetur. Semen ineunte Autumnô ſuam acquirit maturitatem, quo tempore ad uſus Medicos colligitur.

Carduus benedictus ſi ſub initium Junii collectus fuerit, vulnera recentia ſecundum Schröderum mirabiliter curat, ſin aliô tempore, nunquam id præſtabit. Clariſ. Simon Pauli id uſu venire exiſtimat, ob ſuccum illius licet paucum balſamicum ſtatô tempore, eô vulneratô, exſudantem.

B. Carrichterus *herbar. fol. 162.* Carduum-

benedictum in ipsô D. Johannis festô post occasum Solis colligere, & in umbrâ siccatum asservare jubet.

Tota herba siccatur in umbra, & ad usus Medicos in scriniis reponitur.

CAPUT V.

Qualitates & vires Carduibenedicti in genere considerat.

SUbstantia carduibenedicti occulta duplex invenitur, nimirum alexipharmaca, & antepileptica. Manifesta substantia terrea est, â calore quodammodo attenuata. *Gr. Horst. de plant. Aug. l. 1. f. 6. c. 12.*

Amarus gustu cum sit Carduusbenedictus, evidentissimô argumentô, se terreis constare partibus calore quôdam attenuatis evincit. Quicquid enim linguam amaritudine suâ exasperat, terrestre prorsus est, & siccum, sed subtile, & caloris excessu extenuatum atque elaboratum: & consistentiâ omninò cineri simile, eâque in re salsô admodum propinquum & affine. *Vid. Gorræum in def. Med.*

Tali igitur cum sit præditus temperie, patet, eum sale multô abundare, more amarorum ferè omnium, & propterea subtilem vim habere incidendi, extenuandi, abstergendi, penetrandi, expurgandi, siccandi, & ca-

calefaciendi: insuper menses movendi, sanguinem mundificandi, atque educendi pus è pectore & pulmone: & præterea comitiali quoque morbo conferre, præcipuè autem lienis & jecinoris obstructiones expedire. Cumque amara omnium minimè putrescant, sed putredini & vermibus inde natis resistant, patet Carduo nostro summas inesse vires, lumbricos è corpore eliminandi.

Dodonæus Carduumbenedictum in secundo gradu calidum & siccum esse existimat, cui calculum addunt Tabernæmontanus, Tragus, Matthiolus, Schröderus, Simon Pauli, & alii, à quibus tamen dissentit Greg. Horstius locô citatô, qui Carduumbenedictum calidum in primo, siccum in secundo gradu asserit. Vires ratione substantiæ Carduob. assignat seq. 1. resistere pesti: 2. Scorpionum & serpentum morsibus conferre: 3. quartanæ febri diuturnæ, quæ apud multos eruditos suspicione veneni non caret, succurrere: 4. febribus malignis prodesse: 5. Epilepsiam sanare. Ratione temperamenti verò: 1. Calefacere parum & exsiccare multum: 2. digerere modicè, & pituitam crassam incidere, flatusque discutere: 3. aperire obstructiones, & urinam movere. Hæc ille.

Magni usus & commendationis est ad capitis vertiginosos dolores & pestiferos morbos. Insigni amarore obstructiones viscerum referat: putredinem arcet: cibi fastidium

dium discutit, urinas & calculum pellit: pectoris vitia emendat: hepati & cordi, ut & reliquis visceribus peramicus est. Lobel. *l. c.*

Cor & partes vitales roborat, sudorem movet, venenis resistit, pestilentibus morbis confert, renum ac laterum dolores mitigat, lumbricos ventris interimit, & contra serpentum morsus valet: præterea in cibo vel potu sumptus, ab immenso capitis dolore, qui circa oculos grassatur, à nonnullis Monopagia dictus, liberat. Vertiginem pellit: memoriam amissam & auditum pari ratione restituit. Folia in pulverem trita, in vino pota, phlegmata stomachi consumunt, & educunt: commodius tamen sumuntur, si pilulæ ex pulvere componantur. Pectus item & sanguinem purgat, plurimumque phthisicis confert. Folia in vinô cocta, & calidè pota, tormina sedant, sudores provocant, calculum frangunt, menses adjuvant. Pulvis foliorum quantitate mediæ juglandis nucis in vinô potus contra pestem præsentissimum est remedium, si intra 24. horarum spatium quem invaserit. Idem vinum cum herbâ decoctum præstat. Eâdem ratione, si sumatur, putridis ventriculi febribus, & quartanâ laborantibus auxiliatur. Hactenus J.D. Mylius *basilic. Chim. l. 6. p. 1050.*

G. Bertinus Campanus *de Natur. medic. l. 18.* Carduumbenedictum epilepsiæ opem ferre, frigidos uteri affectus sanare, ulcera par-

partium internarum, præsertim pulmonis curare, pleuritidem & lateris dolores post fluxionis impetum digerendo & siccando cum scobe dentis apri, eximiè demulcere, scorpionum ictibus & pesti resistere scribit.

Carduusbenedictus ob insignem amarorem calefacit, cor & partes vitales roborat, sudorem movet, venenis resistit, pestilentibus morbis confert, renum & laterum dolores mitigat, lumbricos ventris interimit, & contra serpentum morsus valet. J. Renodæus *de mat. med. l. 1. s. 4. c. 63.*

Carduusbenedictus expurgat viscera: jecur & lienem ab obstructione liberat: ventriculo, quem bilis infestat, confert, ejusque dolores sopit. Malos humores absumit & educit: pectus mundificat: phthisicis, pleuriticis confert, tormina sedat, sudores elicit: calculum comminuit, & menses movet. Tertianam, quartanam, aliasque putridas febres sanat. Contra pestem mirificè pollet. C. Schvvengf. *de stirp. Siles. l. 2.*

Alex. Pedemontanus *l. 1. p. 77.* secretum Carduibenedicti ex India allatum tale propalat: Carduusbenedictus valet, (modò edatur,) ad omnem Capitis dolorem, auditum exquisitum, memoriam conservat, curat vertiginem, cerebrum visumque confortat, non solum comestus, verum etiam in oculos positus. Purgat ventriculum & pi-

tuitam, appetitum excitat, pectus dilatat, catarrhum absumit, ventris dolorem aufert.

Gorræus in definit. Med. ut & J. D. Mylius *l. c.* Carduob. facultatem desiccandi & modicè digerendi assignant: quemadmodum etiam Nobiliss. Rolfincius ejus salem, digerentibus & præparantibus admiscet *meth. spec. p. 483.* Herba à F. Joële, & Dunc. Liddeliô passim decoctis pituitam digerentibus, & extenuantibus admiscetur.

Schröderus *in pharmacop. Med. Chim.* Carduum nostrum inter herbas cardiacas, veneninecas & alexipharmacas, ac sudoriferas usitatissimas recenset: addit, eam attenuare, aperire, discutere, veneno ac putredini resistere, febres etiam inveteratas & quartanas, Cephalæam, clavum dictam, ut & surditatem specificè curare: atque extrinsecus ad gangrænam arcendam feliciter exhiberi.

J. Jacobus Weckerus *antidotar. special. l. 1.* Carduum benedictum capitis dolorem auferre: memoriam roborare: vertiginem & quartanas curare, & sudorem provocare scribit.

Untzerus *de sal. c. 21.* Carduobenedicto vim diaphoreticam & alexipharmacam largitur.

Fuchsius *in histor. plantar. c. 42.* præter superius enarrata Carduob. ascribit virtutem diaphoreticam, diureticam & lithontripticam.

eam. Præterea vertigini, memoriæ amissæ & percussis à feris venenatis eum mederi censet. Negat etiam pestis experiri contagia, qui eum cum cibo vel potu sumserit. Correptis lue magno fore remedio vulgus sibi persuasit.

Contagiosis febribus prodest, exstinguendo virus. A. Libav. *pr. Alch. p. 98.* somnum allicit. Idem *l. c.*

Brunfelsius *in herbar.* tantopere extollit Carduumb. ut non dubitet scribere, nihil ferè contra venena & alios cordis morbos Medicum sine Carduob. præstare posse. Semen Carduib., ubi hypochondrium ab epate obstructo aut flatibus malè habet, in vinô calido propinat.

J. Anton. Sarracenus *de pest. præcaut. p. 227.* hæc habet: Cnici silvestris genus alterum Carduibenedicti appellatione vulgò notum, magni nominis est contra pestem & venenorum lethalium omne genus: quin & ad eadem efficax est totius plantæ liquor stillatitius: nimirum adversus putres, venenatos, atque adeò pestilentes affectus magni imprimis momenti. Ipsô semine ad eadem utuntur, ad quæ citri mali semen usurpari solet, efficaciâ ut volunt non minore.

Odore flos Carduib. excellit fragrantissimô, odorem pirorum moschatellinorum æmulante, ut notat sæpius citatus Simon Pauli post Cæsalpinum, qui eum ad mo-

schum ipsum *lib. 3. de plant. cap. 67. p. 534.* comparat : Hæc tamen illius fragrantia ex longinquo, non verò semper, sed tum potissimum percipitur, ubi cœlô serenô, non pluviô aut rorulentô se in florem perfectè induit, haut ubi aliquandiu floruit. Hujus rei elegantem rationem reddit Theophrastus Eresius *l. 6. de causs. plantarum, c. 25. p. 381.* his verbis : Aliqui florum distantes odoratiores, quam in proximo sentiuntur, quod etiam in violis deprehenditur. Ratio, quod ad locum remotiorem odor purus sincerusque deferatur. Effluunt enim de cæteris etiam partibus plantæ aliqua, quæ longinquius transire non possunt, quia terrena magis & crassiora sunt. Quippe in universum odorum generi imbecilli, sinceritas, valentiore misturâ conveniens, commodior est, sicuti & saporibus.

Quapropter hæc floris Carduibenedicti fragrantia eminus captanda, quam alioquin herba ipsa graveolens odore suô quasi contundit : & quia multis insuper spinis flos iste horridus ac circumseptus est, hinc procul dubiô factum, ut nemo ante Cæsalpinum ausus sit, odore eam explorare. Hanc odoris in flore Carduib. fragrantiam casu se comperisse testatur Clariss. Simon Pauli *in quadripartit. botanic. class. 3.* quod etiam postea in aliis carduis, præsertim verò in acan-

acanthio Matthiol. Dodon. Lob. Cast. Camerarii se obseruasse scribit.

Carduumb. urinam fœtidam reddere statuit Exc. Mœbius *inst. med. p. 340.* Radix ejus cum vinô decocta, urinas fœtidi odoris liberaliter educit, & alarum totiusque corporis graveolentiam corrigit. P. Ægineta *l. 7. p. 411.*

Nicolaus Massa *tract. de febr. pestil. p. 43.* radicem Carduib. in præservatione à peste summoperè commendat.

In gangræna Carduusbenedictus medicamentis, quæ cordis rationem habent, illudque contra vapores malignos, ex parte putrescente exhalantes, muniunt, accensetur à Sennertô *lib. 5. pr. p. 2. cap. 19.*

Inter cordialia refertur Carduusb. ab Alex. Pedemontano, *l. 1. p. 78.* Vid. infra, *c. 8.*

Carduibenedicti semen obstructiones reserat, venenatis & pestilentibus affectibus succurrit, & virtutibus herbæ respondet. G. Bertin. Campanus *l. 18. de Natur. medicamentor.*

De Carduob. Jod. Harchius *de simpl. p. 54.* ita canit:

Sumito, confortat caput, infestosque catarrhos
curat, & è gelidô pectore phlegma trahit:

disfi-

dissipat & flatus ventris, renumque lapillos,
& lateris pungens discutit herba malum:
tum valet à sævô cor præservare veneno,
& cœli fœdâ corpora sana lue:
hinc aures siccas, & gutturis ulcera rauci
cum destillatâ sæpè fovebis aquâ.

CAPUT VI.

Usum præparationis Carduibenedicti expendit.

NOn tam in officinis pharmaceuticis, quam in privatorum ædibus mortalium usui inservit Carduus sanctus, esculentis & potulentis etiam admisceri solit9, præsertim in contagio pestilenti.

Hujus famosissimæ plantæ usus potissimum in herbâ & semine, rarò in ullâ aliâ parte, radice scilicet & flore consistit: quamvis Nicol. Agerius *pharmac. reformat. p. 3. p. 204.* radicem Carduib. in cachexiâ & hydrope laudat, eamque in sirupo Arabicè Bedegar dicto, spinæ albæ substituit.

Culinaris labor gulæ inserviens exhibet nobis ex Carduobenedicto sapidissimum & sanitati conducibilem cibum, dum ipsius folia teneriora minutim concisa teganitis seu placentis frixis immiscet: & sanè mirabile est,

est, insignem, quam alioquin Carduus benedictus obtinet, amaritudiem, in hâc coctione, si non penitus, plurimum tamen fatisceret, gustuque excellere gratô, palatoque delectabili.

An ejusmodi μυρέψης alimentorum Carduô benedictô, absinthiô & similibus medicatorum omni nutriendi vi secundum Galenum, *librô de alim. fac. cap. 64.* destituta sit, lis est adhuc sub judice. Videtur Galenus eô locô de simpliciter & exactè amaris loqui, hoc est, de iis, quæ de nulla alia sensu notabili qualitate participant: sciendum enim est, pleraque amara dissimilibus etiam constare partibus, quemadmodum absinthium, partim amaris, partim astringentibus gaudet partibus, quod de Carduô benedictô pariter videtur esse statuendum, siquidem ille, quamvis non adstringat, tamen præter amaritudinem alias simul qualitates conjunctas obtinet, de quibus capite præced. dictum.

In officinis ex Carduô sanctô parantur

Pulvis, ex foliis & summitatibus teneriori- *Pulvis.*
bus exsiccatis, & minutim tritis, cujus dosis est drachma una in aquâ Carduibenedicti. Sunt, qui ex totâ planta siccatâ & contritâ pulverem hunc conciliant, & cribratum servant pro usu. N. Agerius *part. 1. pharmac. reform.* pulverem ex herbâ & semine Carduibenedicti parare jubet, pauperibus tempore pestis gratis conferendum.

Aqua

Aqua. Aqua ex herbâ integrâ vel ſolis foliis deſtillatur more aliarum ſimplicium. Optimum aquas deſtillandi modum invenies apud Quercetanum *pharmacop. dogm. reſt. lib. 1. c. 7.* hôc modô Carduibenedicti aqua deſtillata omne abſolvet punctum. Joh. Jac. Weckerus *antidotar. ſpecial. lib. 1.* hanc circa finem Maji in balneô ſeu vaſe duplici deſtillare, & deſtillatam in vitreô vaſe aſſervare jubet. Cum vinô deſtillata majores obtinebit vires, ubi præſervandi animô præſcribitur: in curationis actu, in febribus ſc. malignis propter minorem caliditatem aqua ſimplex dextrè deſtillata præfertur: quæ vehiculum eſt omnium ferè alexipharmacorum, ut & cordiale præſtantiſſimum: quam matresfamilias etiam cum roob ſambuci ante balnei ingreſſum ad movendum ſudorem feliciter exhibent.

Spiritus. Spiritus ex herbâ fermentatâ emergit maximi in confortando corde uſus, quique alexipharmacum ſufficit præſtantiſſimum: hic ſi ſuper recentem herbam aliquoties infuſus deſtilletur, majores acquirit virtutes. Quidam foli Carduibenedicti viridia conſcindunt minutim, affundendo parum de fæcibus & aquæ tepidæ nonnihil, & poſt dies aliquot, ubi fermentatio peracta eſt, & materia deferbuit, deſtillant per veſicam. Ab aqua deſtillata ſpiritum per phiolam ſeparant, ubi autem plus aquæ eſt, primam rectifica-

Digitized by Google

ficationem per cucurbitam inſtituunt, hinc per phiolam. Poſſet etiam deſtillari ad modum, quem Tentzelius *in exeg. Chimiatr. p. 360.* de ſpiritu rorismarini tradit.

Foliorum & florum teneriorum, ut & cau- *Succus.*
lium ſuccus exprimitur pro uſu in officinis recepto. Hic ſequenti modô exaltari & conſervari poteſt. Accipe ſuccum Carduibenedicti, is aliquandiu bulliat, & probè deſpumetur, donec quarta pars humiditatis ſuperfluæ leniter exhalaverit: ſuccum deinde ſuperſtitem percolabis, & vaſi vitreo infundes, addendo unicuique libræ uncias duas cum dimidiâ ſpiritus vini ſine phlegmate: vas ritè obturatum ad Solem, vel alium in locum calidum ponatur per aliquot dies, & ſuccus reddetur puriſſimus: in fundo vitri relinquetur excrementum, quod circa illud adhærebit. Succus per inclinationem abſtractus & colatus tandem clarus evadet, & in annos citra corruptionis periculum aſſervari poteſt.

Tartarum lutoſum Carduibenedicti.

℞. ſucci Carduib. recenter expreſſi, menſuras tres vel quatuor, coquatur in aheno ad ebullitionem, deſpumetur & more ſolitô albumine ovi optimè clarificetur. Ab hoc ſucco ſi aqua ad remanentiam ſextæ partis liquoris fuerit abſtracta, vel in B. M. deſtillata, in fundo ſubſidentem videbis cineream, lutoſam materiam, quæ à liquore, ut alia tar-

tartara, ſeparata, reiteratis vicibus aquâ fontanâ eluenda, ſiccanda & ad uſum eſt aſſervanda. Et hoc eſt Tartarum Carduibenedicti. Vid. Angel. Salæ *Tartarol. ſ. 3. c. 1. p. m. 141.*

Sirupus. Ex depurato ſucco Sirupo coquitur, ex. gr. ℞. ſucci Carduibenedicti vel per ebullitionem, vel reſidentiam depurati ℔. iij. ſaccharı clarificati ℔ij. vel ℔iiß. f. l. a. Sirupus, qui in febribus malignis, immò ipsâ peſte prophylacticus & cordialis eſt, ſudores prolicit, humorum putredinem arcet, vermes enecat, & pleuriticis auxiliatur.

Conſerv. Conſerva Carduibenedicti ex foliis & floribus teneris oribus minutiſſimè inciſis paratur, ſi ad libram unam adjeceris libras duas cum dimidiâ ſacchari albiſſimi, affusâ aliquantulum aquâ ſtillatitiâ, ut commodius piſtillô permiſceri poſſit. Soli deinde exponatur in benè obturatô vaſe, & interdum agitetur. Exhibetur ſimul vel cum aliis mixta, & inter cordialia à Nobiliſſimo Præſide noſtro refertur. Mercatus hanc conſervam in Thoracis affectibus plurimum commendat. *l. 3. p. 3. de cur. fac. cl. 3. q. 211.*

Extractum ſimplex. Extractum ſimplex ex totô conflatur communiter cum ſpiritu vini, rectius autem acetô deſtillatô: cujus præparandi modum docet Andernacus in tractatu de extractis. Hâc operatione è carduobenedictô partes ſubtiliores & nobiliores, à menſtruo dicto apprehenſæ, elementari craſſitie in fundo teſti-

Digitized by Google

relictâ extrahuntur: & in justam consistentiam destillatione, vel evaporatione coagulantur. Vid. de extrahendi modo Beguin. *l.1.c.4.* Libav. *l.8 syntag. arcanor. Chimic. c. 9. 10.11.12.16.* Apud Quercetanum invenire licet triplicem modum extracta parandi, *in pharm. dogm. rest. l.1. c.25. de extractis.*

Extractum liquidum obtinebis, si herbæ contritæ vel in pulverem redactæ spiritum proprium affundas, tincturam extrahas, & tandem maximam partem menstrui separes. Ejusmodi extracta liquida, quæ alii essentias vocant, ægris non solum gratiora, verum etiam plerumque efficaciora sunt, quam sirupi, in quibus fermè omnis vis coquendo absumitur & perit. Essentiam resinosam V. infra in alexiteriô vegetabili specifico. *Extractũ liquidam.*

Essentiam alii aliter ex succo eliciunt, ex. gr. Succus expressus in B. M. digeratur, dum crassum sedimentum ad fundum descendat, reliquusque succus clarescere & rubescere incipiat. Quo factô clarus liquor per inclinationem separetur, iterumque digeratur, donec nullæ fæces amplius subsideant. Hôc modô cruditas concoquitur, amaritudo dulcescit, & jucundior evadit. Hæc essentia, ut diutius durare queat, cum sacchari momento in B. coquitur, & ad justam consistentiam reducitur: exhibetur in aquâ Carduibenedicti, eleosaccharô citri vel sirupô ace- *Essentiæ.*

tositatis citri edulcoratâ: inter cordialia recensetur à Nobilissimô Argonauta *in tractatu de scorzoner. p. 151.*

Vulgari modô essentia ex foliis viridibus paratur ita: Succus expressus ex foliis Carduibenedicti electis, ovi albumine depuratus, per pannum colatur, ac porrò ad mellis consistentiam redigitur. Parari etiam potest essentia ex foliis siccis cum propriô spiritu.

Affusione aceti principalis circulati ad modum, quem Mich. Crugenerus **im Chymischen Gartenbau** docet extrahitur essentia Carduibenedicti. Eôdem modô etiam Elixir ex carduo sancto parari potest, accedentibus aliis hûc facientibus. *Elixir.*

Sal ex Carduobenedictô per apertam flammam in cineres redactô, vel quod nonnullis commodius videtur, in vase fictili combustô, per affusam aliquoties aquam elicitur: lixivium filtratur, & in tigillô ad carbones lentô igne coquitur, donec aqua exhalet, & sal in fundo relinquatur: qui postmodum sæpius solvendus, filtrandus, iterumque coagulandus est: sic enim omnem impuritatem deponet, ac planè albus ac mundus evadet. *Sal.*

Qui Crystallinum & instar nitri transparentem salem expetit, cinerem post primam calcinationem denuo cum æquali parte sulphuris calcinet, & postea beneficiô aquæ pro-

propriæ vel pluvialis deſtillatæ extrahat, filtret, & evaporare aquam ſinat, donec tantum aquæ cum ſale reſtiterit, ut cryſtalli in cellâ concreſcere poſſint. Sic non facilè liqueſcet ſal, in loco frigido & humido poſitus: exhalare tamen hâc operatione nonnihil utilium ſalis partium videtur.

Cryſtalli, ſeu lapilli Carduibenedicti. *Cryſtalli, ſeu lapilli.*

Andr. Libavius *tom. 2. ſyntagm. lib. Alch. pharm. c. 22.* Carduibenedicti magna quantitas contuſa in mortario lapideo, coquatur in magno vaſe aquâ multâ ad medias. Decoctum exprime fortiter. Colaturam coque ad ſpiſſitudinem mellis liquidi: hunc ſuccum in vaſe vitreô, locô rigidô ſtare ſine per aliquot dies. Fiunt lapilli inſtar ſalis gemmæ. Effusô liquore lapilli propriâ aquâ abluuntur & ſiccantur. Hi lapilli ex ſpiritu Carduibenedicti dantur ad peſtem.

Palmar. *c. 18. de febr. peſtil.* Sali Carduibenedicti inſignem adſignat efficaciam, peſtifero contagio reſiſtentem. J. D. Mylius *l. 4. antidotar. cap. 21.* ſcribit: Sal Carduib. eſt præſtantiſſimum remedium in peſte, ſi ejus grana aliquot cum ſpir. Carduib. exhibentur, ſudor abundè provocatur. Cunradus *2. parte medull. deſtillator.* Contra peſtem Sal Carduib. inſigne eſt experimentum, drachmæ dimidiæ pondere in propriâ aquâ vel aliô liquore datum. Joh. Beguinus *cap. 17. tyrocin. chim.* Sal Carduib. ſine calcina-

Digitized by Google

tione factum, præstantissimum remedium est in peste, si ejus aliquot grana cum Spir. Carduib. offerantur ad sudorem movendum: cui subscribit Untzerus *antidotar. pestil. l. 2. p. 2086.*

⊖ *essentialis.*

Sal volatilis [verius essentialis dictus] ita conflatur: ℞. Carduib. magnam quantitatem, contunde, & affusâ aquâ multâ in vase magno coque: decoctum cola, & fortiter exprime. Colaturam iterum coque ad mellis consistentiam. Succum hunc pone in vase vitreo in locum frigidissimum, & sal concrescet priore efficacior, qui tamen non totus est volatilis, sed potius tartarus, salem fixum & volatilem, præterea etiam sulphur & liquorem mercurialem in se complectens: quibus careret, si calcinatio præcessisset. Parum vel nihil differt hic ⊖, à lapillis modo descriptis, eundemque ferè laborem postulat. Vid. Beguin. *tyrocin. Chim. l. 2. c. 17.* P. J. Faber. *myroth. Spag. p. 59.*

Spiritus Salis Carduibenedicti pretiosus non minus, quam operosus.

℞. filicum contusorum, sabuli puri ana part. ij. ⊖is Carduiben. part. j. madefac cum spiritu istius herbæ, destilla per retortam loricatam, lentò primùm, ne sal fluat, postremò, quando spiritus albi prodierint, fortiori igne, flammæ scilicet, ut & sicciores spiritus prorumpant: excipulo herbæ summitates imponantur ad manipulum unum vel alterum.

Digitized by Google

rum. Phlegma in B. rectificando abstrahe, atque capiti mortuo denuo ad salem extrahendum affunde, quod coagulatum vicissim (capitis mortui extractione semper repetitâ,) destilla, donec omnis Sal in spiritum abierit.

Clyssus Carduibenedicti.

℞. Spiritus Carduibenedicti secundum Tentzelium *exeg. Chimiatric. p. 361.* destillati, atque binâ rectificatione, primò per cucurbitam, postea per phiolam in B. à phlegmate liberati q.v. salis aquâ propriâ è capite mortuo ipsius eliciti ℔j. Misce cum silicum & sabuli puri vel terræ argillaceæ ℔iij aut iiij. Pastilli inde facti destillentur per retortam in furnô anemiô, super herbæ Carduibenedicti Mij. donec ultimò retortâ incandescente, spiritibusque cessantibus recipiens inclarescat. E capite mortuo denuo salem extrahe, & ut prius, spiritum inde destilla. Hunc spiritum in B. sicco gradatim rectifica, & guttis flaviusculis prodeuntibus, aliô substitutô recipiente, ignem urgentiorem adde. Spiritus apricetur in Sole, ut elegantior evadat: Estque Clyssus Carduibenedicti ad præcedentem modum, magnô sanitatis bonô elaboratus: guttæ siquidem ipsius ʒ. 6. ad scrup. fem. exhibitæ, sudorem, imprimis in febribus salubriter promovent. Et hoc Hermetis nepotes ex triade unitatem

facere dicunt, alii circulum ex quadrato. Vid. Tentzel. *exeg. Chim. p. 396.*

Oxysal diaphoreticum Carduib.

℞. Salis Carduib. crystallisati, cui in concha paulatim spiritus aceti vini acerrimi, vel ex saccharo per B. M. calorem absque empyreumate parati, tantum affunditur, ut non modo sal solvatur, & fumus ex pugna utriusque ortâ sistatur, sed etiam gratus, acidulusque sapor præcellat, cujus humiditas lentâ porrò evaporatione consumetur. Hinc ex sale denuo, in aquâ rosarum soluto, & in B. M. per 8. dies digesto, pulcherrimi & pellucidi coloris liquor conspicitur, qui clarus in concham effusus in consistentiam siccam iterum reducitur, & in vasis vitreis accuratius occlusis servatur, ne, ut proclivis est, externi aëris contactu liquescat.

Sal febrilis Mynsichti.

℞. Sal. ammoniac. aliquoties sublimat. nitr. præparat. ♃is Carduib. absinth. centaur. min. ana ʒi. Solvantur in aq. cichor. & f. l. a. ♃ crystallinus. In febribus omnis generis, quotidianâ, tertianâ, quartanâ, hemitritæô, &c. sine discrimine, summum est alexipyreticon: offertur à ʒß. ad ʒj. duabus vel tribus horis ante accessionem, in aq. Centaur. min. vel aliâ specificâ, expectatô sudore sub declinatione paroxysmi. Eadem dosis iterânda, si primâ vel secundâ vice non satisfecerit.

Sal

Sal febrifugus Nobilissimi Rolfincii *in chim. l 5. s. 1. p. 298.* talis est:

℞. Salis absinth. Carduib. fraxin. juniper. ana ℥j. sarmentor. vitium, Corylin. ana ℥v.

⊕ cum 🜍 re ppt. ✱ ♎ t. ana ℥j.

Solvatur in aq. fumaria, modicô spiritu ⊕li addito. Artis regulis observatis emergit Sal Crystallinus.

Oleum Carduibenedicti simplex paratur ex floribus & foliis Carduibenedicti incisis & contusis. Ponitur scilicet herbæ incisæ vel contusæ libra una in vase vitreo, affunduntur olei olivarum veteris & clari libræ tres, postea in duplici vase coquitur, & abjectô Carduobenedictô recens immittitur, atque iterum tribus diebus maceratur: deinde simili modô coquitur & exprimitur: tertiâ vice recens Carduusbenedictus denuò injicitur, maceratur, colatur, & usui reservatur. Contra lumbricos hoc oleum illitum quam maximè valet. *Oleum.*

Oleum scorpionum magnum Matthioli flores & folia Carduibenedicti in se complectitur, aspidum & viperarum, ut & ipsius pestis nobile remedium.

Oleum destillatum Carduib. conficies, si recipias summitatum ejus, [semine ad maturitatem accedente] quantum vis. Macerentur aquâ fontanâ salsâ per dies 14. vel sine maceratione, additâ salis sufficiente *Oleum destillatum.*

quantitate, destillentur per vesicam, & exibit aqua cum oleô, quod per filtrum aut chartam bibulam separandum. Hoc oleum vires obtinet potentissimas, & in minimâ quantitate exhibitum multa præstat.

A. Libavius *l.2. Alch. tract.2. p.292.* totam herbam exsiccatam mediocriter tundere, & in lixiviô ex aqua pluviali triduô macerare jubet: postmodum addit salis gemm. tartari usti ana ʒß. fecum vini tria, cochlearia, aquæ communis ℔. 4. tandem, destillat s. a.

℥. *expres. sum.* Oleum exsemine expressum maturô, faciliore labore comparabis more apud Pharmacopolas receptô.

Eleosaccharum. Eleosaccharum obtinebis, si farinæ saccharî Canarienſis guttulas aliquot ℥ still. Carduib. adjicias, modô Angelo Salæ usitatô.

Magisterium. Magisterium Carduibenedicti.

℞. Cineris clavellati vel salis Tartari, ℔ß. & cum aq. pluvial. q. s. fiat lixivium forte & clarum: postea ℞. herbæ Carduibenedicti in mediocri calore, non in Sole exsiccat. & crassiusculè incis. q. v. Inde vitro & affunde prædictum lixivium: stent in digestione, in loco tepido ad extrahendam tincturam: huic imprægnato & calido lixivio aluminis crudi in aq. pluvial. dissolut. ℔ß. calidè affunde, benè invicem misce, & præcipitabitur cum ebullitione Tinctura Carduib. vera

&

& ſubviridis: quam diligentiſſimè edulcora & ad uſum reſerva. V. Mynſ. *ſ. 1. p. 41.*

Acetum Carduibenedicti fit ad modum aceti rutacei: acetô ſcilicet foliis ſeu ſummitatibus affuſô: hôc acetô deſtillatô paratur gelatina C. C. maximi in febribus momenti. Vid. tract. *de ſcorz. Nob. Præf. p. 151.*

Acetum bezoarticum celebratur, quod *Acetum bezoarticum.* Rx. bacc. juniper. ʒj. laur. ʒß. rad. chelidon. Zedoar. angelic. oſtrut. enul. campan. ſcorzoner. pimpinell. valerian. dictamn. alb. petaſitid, ana ʒiij. flor. ſambuc. herbar. chelidon. abſinth. centaur. min. ſummitat. carduibenedict. ſcord. rut. ana ʒß. mithridat. Damocrat. theriac. Andromach. ana ʒiiß. ſem. carduib. rutæ ana ʒj. Inciſa & contuſa M. & infunde per 8. dies in acetô opt. & ſpir. vin. cum extractô carduib. eſſentificato ana Menſ. iß. ſtent in loco calido per dies aliquot, poſtea deſtilla in B. M. Uſum obtinet internum & externum. Doſ. in præſervatione cochlear dimidium mane: in curatione ʒß, vel ʒj. cum aqua Carduibenedicti.

Hujus notæ eſt acetum theriacale Mynſichti & Auguſtanorum, quæ folia Carduib. ingrediuntur. Vid. *Diſp. Aug. & Val. Cord.* Acetum bezoarticum Grülingii Vid. *l. ſ. pr. part. 2.* Acetum myrrhatum Carduob. inſigne deſcribit Mynſicht *arm. med. chim. ſ. 23.*

Acetum rutæ compoſitum Carduô noſtrô exaltatum deſcribit Magnificus, & olim

de patriâ nostrâ mentissimus Vir, D.D. Rehefeldius in der Medicinalischen Pestor/dinantz Aô 1634. publicirt.

Aceta alia bezoartica V. apud Untzerum *antidotar. pestil. l. 2.* Magnif. Rolf. *meth. spec. l. 11. s. 3. c. 5.* Diemerbrocc. *de peste l. 2. c. 10. l. 3. c. 5.* Matthiol. *apud Craton. Consil. 383.*

Vinum. Vinum medicatum vel ex herbâ recenti vel exsiccatâ cum cinamomo & passulis conflatur optimum, absinthitis vini præparationem æmulans: si scilicet herba cum reliquis musto imponatur, ut per subsequentem fermentationem cruditas & amaritudo Carduib. nonnihil corrigatur.

Vinum medicatum Tentzelii V. *in tract. de peste in fin.* Minderer. *medicin. militar. p. 139.* Vinum purgans cum Carduob. V. apud J.D. Mylium *basilic. Chimic. l. 6. p. m. 871.*

Vinum medicatum pro familiâ commendatur tale: ℞. lign. fraxin. minut. incis. ʒx. absinth. vulgar. Pontic. Carduibenedicti, ana M. v. meliss. rorismarin. hyssop. salviæ, majoran. ana M. j. flor. sambuc. Miß. rad. Zedoar. ʒvj. helen. irid. Flor. ana ʒj. glycyrriz. ʒiß. polypod. q. ʒiij. passular. major. & minor. ana ℔ß. cortic. citr. ʒiij. M. pro 3. vini amphoris.

Vinum aloëticum Isbr. Diemerbroccii *de peste l. 2. c. 9.* tali modô conficitur: ℞. rad. angelic. helen. petasitid. dictamn. cortic. aurantior. ana ʒj. aloës lucidæ ʒij ℈ß. herb. Car-

Carduib. Mß. centaur. min. Pij. absinth. Pj. Conscindantur minutim, & ex his concinnetur puppa, suspendenda in vini albi tenuis Rhenani vel Gallici ℔vj. in quô vinô puppa illa remaneat, usque dum totum epotum fuerit: Hujus vini 4. aut 5. unciæ assumptæ alvum semel, bis vel ter clementer subducunt.

Cerevisia medicata ejusd. c. 10. talis est: *Cerevisia.* ℞. rad. petasitid. dictamn. ana ʒj. cortic. aurant. sicc. rad. ostrut. angelic. ana ʒiiiß. herb. absinth. ana ʒiß. centaur. min. ʒj. carduiben. ʒiiij. Conscindantur minutim, & in sacculo setaceo f. puppa, suspendenda in integrô vase Cerevisiæ melioris.

Vinum aliud medicatum ibidem extat sequens: ℞. rad. helen. sicc. ʒj. angelic. dictamn. ostrut. cortic. aurant. & citr. sicc. ana ʒß. gentian. ʒj. herb. Carduiben. ʒß. centaur. min. absinth. ana ʒij. ex his conscisis & nonnihil conquassatis f. puppa in sacculô setaceô, suspendenda in vini albi tenuis ℔. xx.

Mindererus ipse pro se & suis tali vinô medicatô usus est *l. de pest. c. 20.* ℞. absinth. vulgar. Miß. scord. Carduib. ana Mj. dictamn. Cretic. Mß. cortic. citr. ʒß. rad. pimpinell. ʒiß. incidantur grosso modô, & in sindone fiat, puppa in vino suspendenda, de quo bibatur haustus post sumtum jentaculum.

Collegium medicum Ultrajectinum, referente Diemerbroccio locô citatô in peste anni

anni 1655. in Conſ. publ. præſcripſit hoc vinum præſervans: ℞. rad. angelic. helen. petaſitid. Zedoar. ana ʒß. fol. Carduib. abſinth. meliſſ. rut. ſcord. ana ʒij. granor. juniper. ʒj. cortic. citr. ʒß. f. ſacculus ſuſpendendus in vini albi ℔xxij.

Gr. Horſtii vinum alexipharmacum tale eſt *lib. 7. de morbis contagioſis*: ℞. granor. junipor. M.iiij. carduiben. ſcabioſ. veronic. abſinth. ana Mij. rutæ, Mj. rad. ſcorzoner. ʒj. Zedoar. cortic. citr. ana ʒiß. rad. helen. ʒj. l. a. præp. ad pupp. S. zu ſ. Maaß Präſervierwein.

J. Colerus *l. 4. de hortor. cultor. c. 44.* radicem Carduib. in Martio effoſſam, depuratam & exſiccatam in vinô infundit, idque ſuavis odoris & ſaporis eſſe, mirificèque cordi, cerebro, & ventriculo conducere refert.

Vinum theriacale Mindereri Vid. *in tract. de peſte p. 385.*

Vinum bezoarticum Excell. Præſidis noſtri ingreditur inter alia Carduus noſter in majore doſi. Vid. eruditum ejus tractat. *de ſcorzoner p. 47.*

Claretum Claretum alterans ejusdem *V. in hier. picr. p. 102.*

Decoctũ ſ. Decoctum Carduibenedicti ex totâ plantâ paratur uſitatô more, quod propriô ſirupô edulcoratum cum ſucceſſu exhibetur in febribus malignis & lue Hungaricâ.

De-

Decoctum compositum Carduib.; quod *Compos.* ex Oberndorfferô citat Argonauta Nobiliss. ingreditur principaliter semen & aqua Carduibenedicti. Vid. tractat. *de scorz. c. 6. p. 45.*

Emulsiones ex sem. Carduib. Card. Mar. *Emulsio.* cum sem. 4. frig. major. in pleuritide & febribus usuales notæ sunt.

Emulsio pleuritica Mynsichti talis est: ℞. sem. card. Mar. ʒj. carduiben. ʒß. papav. alb. ʒij. ▽ Card. Mar. ʒvj. carduiben. fl. papav. errat. chamæmel. scabios. ana ʒiiij. f. l. a. Emulsio, sacchar. cand. in sirupô violar. concretô edulcoranda.

Nobiliss. Rolfincius in meth. special. sequentem laudat: ℞. sem. Carduib. Mariæ lact. ana ʒij. aq. flor. papav. errat. hyssop. ana q. s. f. Emulsio, coletur per linteum. Colaturæ adde dent. aprug. mandibul. luc. pisc. præparat. ana ℈j. Edulcetur sacchar. perlat. q. s. S. **Milch wider das Seitenstechen.**

Emulsionem expulsivam in petechiis Crato laudat talem: ℞. sem. carduiben. ʒj. napi, ℈j. aq. veronic. & carduiben. ana ʒiß. f. l. a. emulsio, cui adde sirup. acetosit. citr. ʒj. margarit. præparat. ʒj. C. C. ust. ℈ij. M. f. Potio sudorifera sæpius repetenda.

Rotulæ concinnantur in præservationis actu celebratæ seq. ℞. extract. carduibened. scord. olsnit. ana ʒß. ℥ destillat. angelic. ℈ß. sacchar. in aq. Carduib. dissolut. q. s. f. l. a. rotulæ.

Rotulæ.

Ro-

Rotulas pro gravidis & infantibus Carduob. insignes *V. apud Grüling. prax. p. 523.*

Morsuli. Morsuli similiter parari possunt, quibus ferè omnia ex Carduob. resultantia medicamenta cum aliis admisceri possunt. Hos V. infra *c. 10.*

Composita alia, quæ ingreditur Carduus benedictus varia sunt, & ferè innumera: adducemus ex. gr. unum vel alterum:

Extractum compositum alexipharmacum habebis, si alia extracta, scordii scilicet, valerian. scorzoner. & similia addas: vel ex herbis & radicibus simul junctis illud unâ operâ conficias, ex. gr. ℞. rad. angelic. valerian. olsnit. Zedoar. scorzoner. tormentill. ana ℥j. fol. Carduib. scordii, dictamn. veronic. rut. ana ℥ß. cortic. citr. baccar. juniper. ana ℥j. sem. citr. ℥ij. carduib. ℥j. affunde aceti destillat. q. s. f. l. a. Extractum.

Extracto Marocostino præstantissimo Mindereri affunditur cum aliis aq. Carduib. abstrahiturque, donec extracti spissitudo in fundo instar crassioris mellis resideat. Extractum pestilentiale cum Carduob. V. ap. Hartmannum *pr. Chimiatr. p. 365.* Extractum antipestiferum M. Untzeri *V. in antidotar. pestil. l. 2. s. 5.*

Extractum Isb. Diemerbroccii *l. 3. de pest. c. 5.* efficacissimum tale est: ℞. rad. petasit. dictamn. zedoar. angelic. carlin. ana ℥j. helen. ℥x. cortic. citr. ℥j. aurant. ℥ß. herb. rutæ,

rutæ, ſcord. dictamn. Carduiben. ana M. j. baccar. laur. ʒiij juniper. ʒiß. ſem. Carduib. citr. ana ʒij. ſpir. vin. opt. q. ſ. f. ſ. a. Extractio in B. M. Liquor abſtrahatur ad conſiſtentiam mellis, cui admiſceantur pulveres cardiaci & antidotales, ut: ℞. hujus extracti, ʒiij. Magiſt. perlar. Corallor. ana ʒiß. eſſent. camphor. & croc. ana ϑiß. flor. ♃ris ϑiiij. M. Ejusmodi eſt extractum compoſitum D. M. Martini, quod deſcribitur *in tr. de peſte* Aô 1598. editô.

Pulvis bezoarticus D. Nicol. Præpoſ. deſcribitur in *Diſpenſ. Aug.* cui ſemen Carduib. cum variis pretioſis eſt admixtum: qui pulvis cordis vires eximiè tuetur, & adverſus luis peſtiferæ inſultus efficaciſſimus eſt: ingrediturque Aquam ſtapedianam.

N. Agerius *pharm. reform. part. 3. p. 295.* in peſte cum vino exhibet pulverem ex tormentillâ, ſemine citri, & Carduib. paratum. Idem *part. 3. p. 301.* mirabiles virtutes in contagio peſtilenti adſcribit pulveri ſequenti: ℞. rotular. man. Chriſt. perlat. ʒß. fol. Carduib. exſiccat. ſem. citr. excort. rad. tormentill. flor. roſar. rubrar. ana ʒj. margarit. ppt. ſmaragd. præparat. ana ϑß. Corall. rubr. & alb. ppt. ana ʒß. M. f. pulvis ſubtiliſ. cujus doſis eſt ʒj. in ſirupô acetoſitatis citr. cum aq. Carduib. Alium compendioſiorem pulverem deſcribit idem *part. 1. p. 35.* ℞. pulv. fol. Carduib. ʒj. margarit. ppt. ϑj. ſmaragd.

ppt.

Digitized by Google

ppt. ℈ß. unicorn. ver. g.v. M. f. Pulvis ℈ qui ab authore magni æſtimatur in peſte.

Pulverem pleuriticum Auguſtanorum ingreditur inter alia ſemen Carduib. *V. Diſp. Aug.* Pulveres varios antifebriles ſemine & foliis Carduib. inſignes deſcribit Grülingius *l. 5. pract. part. 2.*

Pulvis febrilis.

℞. rad. dictamn. alb.
petaſitid.
zedoariæ
fol. ſcord. ana ℥ij.
ſem. Carduiben.
C. C. uſt. ppt. ana ℥j.
℈nii diaphoret. ℈j.

E. Pulvis, qui in omnis generis febribus excellit.

Pulvis antipeſtiferus.

℞. rad. angelic. pimpinell.
gentian. zedoar. ana ℥iß.
enul. camp. petaſitid.
carlin. ariſtoloch. rotund. ana ℥j.
herb. Carduiben. veronic. verben.
ſcord. meliſſ. ana Pj.
ſummitatum rutæ,
myrrhæ ana ℥ß.
ſem. citr. carduiben.
cortic. citr. ſicc. & aurant.
nuc. moſchat. cinamom. caryophyllor. ana ℈j.

Pul-

Pulverisa tenuissimè. Si vis, adde sacchari q. v. pro suaviore gustu.

Plures pulveres bezoarticos ingreditur Sal Carduibenedicti, quos vid. infra: ut & species febrifugas Mynsichti, arm. M. Chim. s. 5. p. 129.

Sirupus aperiens D. Mindereri in se folia Carduibenedicti continet, qui diuturnis febribus, cachexiæ & hydropi medetur. Sirupum bezoarticum Prævot. semine carduib. dotatum V. in tract. de scorzoner. Nobilissimi Præsidis.

Sirupus de eupatorio Mesuæ suum in febribus diuturnis & tertianis nothis faustum successum magnâ ex parte Carduobenedicto debet.

Oxymel helleboratum majus, Oefnero quondam maximopere celebratum, Carduubenedicto præ cæteris mirificè exornat.

Sirupus diaphoreticus febrilis.

℞. herb. Carduibened. centaur. min. rad. dictamn. alb. ana ℥ß. tormentill. ℥vj. cortic. aurant. ℥j.

Incisa & contusa infunde in f. q. aq. Carduibened. per 12. horas. Postea coque ad consumptionem tertiæ partis. Colaturæ expressæ & clarificatæ adde sacchar. alb. lbiß. Coq. l. a. ad consistent. sirupi.

Alexiterium vegetabile specificum.

℞. rad. vincetoxic. serpentar. scorzoner.

 histor.

Digitized by Google

bistort. valerianæ magnæ, Imperator. angelic. odoratæ, Carlin. tormentill. gentian. aristoloch. long. pimpinell. ana p. æq.

Omnes radices collectæ sint tempore suo balsamico, siccatæ curiosè, non spoliatæ colore, odore, saporeque naturali, nullo modo corruptæ & obsoletæ: alioquin essentia seu extractum inde conficiendum aut nihili aut vix modicum valebit. Hoc modo electæ radices, minutimque concisæ, optimo aceto ex vino Hispanico irrorentur, lenteque ad melius impregnandum cum sp. ℔i reficcentur: postea in spiritus Carduibenedicti sufficiente quantitate per mensem integrum simul, primo gradu ignis digerantur, separetur denique illarum essentia in forma resinosa, & servetur ad usum. Vid. Angel. Salternar. bezoarticor. c. 1.

Essentiam seu Tincturam bezoarticam cujusdam Medici per omnem Europam famigeratissimi, cujus Nobilissimi Præses noster in tractat. *de scorzonera p. 145.* etiam mentionem facit, ingreditur semen Carduib. Vid. Magnif. Rolfinc. *Chimiam in Artis formam redactam p. 198.* Tinctura hæc malignum pestilensve contagium in præservationis & curationis actu potenter discutit.

Ejusmodi est Tinctura bezoartica Exc. quon-

quondam Chimici, D.D. Michaëlis, ut & pretiosa Tinctura B. Timæi von Guldenklee/ quam Sale Corduiben. exaltatam describit *l.4.epistol.18.p.321.*

Elixir febrile seu Tinctura composita.

℞. spec. febrifug. Mynsicht. ℥iij.
piper. long. caryophyllor. nuc. moschat. a. ℥j.
herb. centaur. min. Carduib. absinth. ana Mvj.
quinque fol. rutæ, ana Miij.

Pulverisata & mixta extrahantur opt. spir. vin. Tinctum spiritum aufer, & recentem affunde, tam diu, donec omnis tinctura & essentia extracta sit. Ultimo ☿i. in B. M. ad medietatem seu oleositatem abstrahe, & remanentem spiritum una cum essentiâ per chartam emporeticam filtra, & in vase vitreo bene clauso ad usum reserva. Præservat, curat & abigit, post præservationem, omnes febres.

Liquor nitratus Carduibenedicti.

℞. aquæ è succo Carduib. destillatæ ℥xix.
roob ribium, ℥iiij. man. Christ. ℈ij.
nitr. præparat. ℥j. M. accurate, & ad usum repone. Est insigne diaphoreticum, diureticum, bezoarticum, refrigerans, &c. in omni æstuante morbo, & malignitate quâcunque. Dos. ℥j. & ultra.

Antidotus Jacob. Ricii citatur à Nicol.

Masså Venetô, de quâ mira deprædicantur. Nemo enim, inquit, hanc medicinam sumpsit, qui à peste non fuerit præservatus: multos etiam infectos hujus usu liberatos esse scribit: est autem ejusmodi: ℞. spec. diamoschi, diarrhod. Abb. diatrion santal. ana ʒij. oss. de corde Cerv. Corallor. rubr. alb. flor. roris marin. rosar. Damascenar. santal. rubr. citrin. sem. ocym. citr. ana ʒj. rhabarbar. elect. ʒij. Carduibened. ʒß. fragmentor. ex gemm. margaritar. ana ʒiij. sem. perforat. caryophyllat. Zedoar. lign. aloës, spicæ nard. ana ʒj. dacryd. ʒiiß. croc. ʒiij. omnibus in mortario in pulverem redactis, ac cum conserva rosar. flor. bugloss. borrag. & violar., theriacâ & tripherâ perficâ, & electuar. diaprun. solutiv. ana part. æqual. redigantur in formam electuarii, ex quo detur ʒj. plus minusve secundum ægri virtutem, nam solvit ventrem sine molestiâ. Quod si hoc electuarium non solutivum facere volueris, ita ut præservet corpora non repleta, compone illud amotô rhabarbarô, dacrydio, & diaprun. solutivô, ex quo sumatur mane quatuor horis ante prandium quotidie vel interpolatis diebus ʒß. cum aquâ acetosæ vel alterius herbæ refrigerantis.

Electuarium bezoarticum majus pro ditioribus, minus pro pauperibus, rotulas præservantes, pulverem contra pestem & alia varia,

varia, quæ Carduus noſter cum ſuis partibus exornat, vide in tractatu Aô 1666. in infectione Moguntinâ ab experientiſſimis Dd. editô.

Electuarium contra peſtem, & quævis venena præſentiſſimum Matthioli, vulgô Antidotum Matthioli Cardui noſtri fóliis ingredientibus multa debet.

Electuarium aureum V. ap. Coler. p. 1133. Electuarium præſervans Venetorum, poſt cujus uſum nemo unquam peſte infectus eſſe creditur, tale eſt: ℞. ſpec. liberant. diarrhod. Abb. diatrion ſantal. ana ʒij. C. C. uſt. ppt. ſem. ocym. caryophyllat. citr. excorticat. Zedoar. ſantal. rubr. citrin. ana ʒj. flor. anthos. roſar. Damaſcen. Corallii utriusque ana ℈iiij rhabarbar. ʒij. fol. Carduib. ʒß. fragmentor. ex gemm. margarit. ppt. ana ℈ij. lign. aloës, ſpicæ Indic. ana ℈j. dacryd. croc. ana ʒß. camphoræ ℈ß. In pulverem tenuiſſimum deductis omnibus adde theriac. Andromach. elect. tripher. perſic. diaprun. ſolutiv. Conſerv. flor. tunic. bugloſſ. acetoſell. ana ʒj. ♎ ♃ris acid. ana ℈j. Tandem cum ſirupo diaſereos, vel de rhabarbar. ſolutiv. f. Electuarium. V. D. M. Martin. tractat. *de morb. epidem.*

Electuarii Orvietani per omnem Italiam Galliasque famigeratiſſimi compoſitionem auget Carduus benedictus, V. Nob. Fehrius

tract. *de scorzoner. p. 52.* Hujusmodi est Electuarium Quidonis contra pestem, alias Papæ assignatum.

In syncope à causâ frigidâ Greg. Horst. *l. 2. de tuend. sanitat.* commendat sequens: ℞. extract. Carduib. ʒj. aq. Carduib. melliss. ana ʒiß. sirup. de cortic. citr. ʒß. Conf. alcherm. ℈ß. M.

Insigne robur cordi affert aqua sequens aurea, cujus meminit Christ. Wirsung. *Artzneyb. l. 8. c. 6.* ℞. flor. salv. ʒij. borragin. ʒß. rorismarin. ʒij. bugloss. ʒß. rosar. ʒij. fol. salu. aurit. ʒij. rutæ, ʒiß. rorism. ʒiß. ʒij. hyssop. ʒij. menth. ziß. Carduiben. ʒij. summitat. majoran. ʒij. rad. irid. Flor. ziß. mal. aurant. Nôj. camphoræ ʒß. margarit. ppt. ʒß. ol. spicæ, styrac. liquid. ana ʒß. cinamom. ʒij. galang. ziß. piper. long. gran. paradys. ana ʒij. cubebar. cardamom. ana ʒvj. zedoar. ziß. zz. ʒij. vin. Malvatic. q. s. f. Infusio in vase vitreatô, benè obturatô, stet per mensem in locô tepidô, tandem destilla. Verum indistincta quôdammodô horum ingredientium videtur farrago.

Ma-

Magis arridet aqua Cordialis B. Timæi V. tr. *epistol. & Consil. p. 442.*

℞. fol. meliss. ocym. scordii, Carduib. cardiac. scabios. caryophyllat. balsamit. verben. bugloss. ana Mj.

Incisis & contusis affunde vin. malvat. ℔. vj. aq. Carduiben. bugloss. ana ℔j. Macerentur per triduum, postea destillentur.

Aqua confortans, juventutem conservans, & senectutem retardans à J. D. Mylio ex Fioravantâ citata, talis est;

℞. lign. aloës, caryophyllor. zz. galang. cinamom. macis, nucis moschat. piper. long. calam. aromat. cubebar. rhabarbar. elect. gran. paradys. cardamom. ana ʒij. rorismarin. chelidon. mercurial. carduibenedict. imperator. dictamn. alb. ana ʒj. aquæ vit. opt. ℔ vj. macerentur per dies octo, deinde destillentur. Aquæ denique addo pro quâlibet librâ sacchar. albissim. in aq. rosar. dissolut. ʒij. moschi, g. viij. & serva in vase vitreô optimè obturatô.

Aquam ad cordis roborationem femine Carduib. exaltatam V. ap. Quercetan. *pharmac. dogm. rest. l. 1. c. 7.* Aquas duas cordiales instaurantes V. apud M. Untzerum *l. 3. de lue pestif. p. 1645.* quarum postrema talis est;

℞. aq. Carduib. acetoſæ,
bugloſſ. ſcabioſæ, ana ℥ij.
cinamom. roſar. fragr. ana ℥j.
ſpir. Carduiben. meliſſ. ana ʒvj.
vin. granator. vel cydon. ℥iij.
ſirup. acetoſitat. citr. ℥iij.
extract. croc. ʒß.
magiſter. perlar. Corallor. ana ʒiß.
Conf. alcherm. ʒß. g. v.
arcan. ☉li ℈ij. M. perfectè invicem.

Hujus aquæ inſignes vires ac efficaciam, quamplurimi in peſte Hallenſi Aô 1610. cum maximâ corporis ſui ſalute experti ſunt.

Claretum univerſale Excellentiſſimi Argonautæ crocô & Carduobenedictô inſigne cor roborat, & dyſpnœam minuit. Vid. *tr. de hier. picr. p. 154.*

Elixir Cordiale.

℞. flor. borrag. bugloſſ. roſar. Calendul. ſcabioſ. tunic. meliſſ. violar. ana ℥ß.
ſem. citr. Carduib. aurant. ocym. caryophyllat. a. ʒiij.
flaved. cortic. citr. aurant. recent. ana ℥j.
cinamom. acutiſſ. ℥ij. maceris ℥ß.

Inciſis & conquaſſatis affunde vini Malvatici ad eminentiam 4. digitor. diger. in B. M. per triduum, poſtea exprime & col. In colatur. ad medietatem abſtractâ infunde

Confection. alcherm. ℥j. de hyacinth. ℥ß.

di-

digerantur denuò in B. M. poſtea filtrentur per chartam emporeticam, adde

Tincturæ Corallor. ver. ℥ß. M.

Vid. B. Tim. von Güldenklee *p. 463.* Hujus generis eſt Elixir cardiacum calidum Crügneri, Carduô noſtrô nobilitatum, quod in ſyncope & omnibus febribus ab authore commendatur.

In palpitatione cordis, ubi pituitoſus humor corpus obſidet Franc. Joël *l. 3. pr. ſ. 1.* ſeq. digeſtivô utitur: ℞. rad. borrag. fœnicul. ana ℥ß. herb. meliſſ. hyſſop. betonic. ana Mß. Carduiben. majoran. rorismarin. ana Pj. ſem. aniſ. fœnicul. ana ʒiij. Contuſa & conciſa coq. in ℔iij. vin. Rhenan. in duplici vaſe ad horas 2. Colatur. admiſc. oxymell. ſcyllitic. ſirup. meliſſ. ana ℥iij. f. Potio Doſ. ℥v.

Qualterus Bruele in cordis palpitatione herbam & ſemen Carduib. clyſteribus, laxantibus, alterantibus, & confortantibus medicamentis admiſcet. *Vid. ejus praxin. theoric. empiric.*

Omnibus cordis affectibus à quâcunque causâ ortis convenit ſirupus ſequens Nobiliſſimi Rolfincii *meth. ſpec. 11. c. 14. ſ. 2.* ℞. totius citri radulâ triti ℔j. rad. ſcorzoner. ℥ij. fol. ſcord. Cret. Mß. ſem. Carduiſancti ʒij. ſucc. borrag. pomor. redolent. acetoſæ, ana ℔ß. ſpir. ⊖li rectificat. ʒij. Contritis radicibus

cibus & semin. fiat infusio per duos dies naturales. Post ebulliat in B. M. leniter, ad quintæ partis consumptionem: Colatur, clarificetur cum albumine ovi; adde saccharum, f. Sirupus justæ consistentiæ: ad odoris gratiam suspende in nodulo moschi, ambræ, croci, cinamom. flor. citr. ana q.v. In frigidâ causâ Sirupus hic fit aromotisatus: sine aromatibus præcipuè in febribus ardentibus malignis.

Pulvis ad roborationem Cordis G. Bertini Campani talis est:

℞. spec. diamargar. frig. ℈ij. scob. aur. bol. arme. oss. de Corde C. rasur. eboris, semin. citr. ana ℈j. Carduibenedict. ocymi, margaritar. splendidar. torr. Lemn. Corn. monocorot. ana ℈ß. ambr. gryf. g. iiij.

Ex quo pulvere cum confectione alchermes & saccharo in aq. Carduib. soluto morsuli vel rotulæ concinnari possunt.

In tremore cordis à serosô & pituitosô humore J. Hollerius *l. 1. de morb. intern. c. 29.* cathartico accommodatô sequenti utitur: ℞. rad. gramin. petroselin. ana ℥ij. flor. cordial. ana Pj. sem. Carduib. anis. fœnicul. ana ℥ß. f. decoctio: in colatur. pro dosi infunde agaric. rec. trochiscat. ℈iiij. rhei elect.

℥j.

℥j. cinamom. ℈j. In expresso dissolve sirup. laxativ. rosar. pallidar. ℥j. f. Potio.

In palpitatione Cordis, cum lienis tumore, Catarrhô salsô, febre, & aliis epatis & uteri symptomatibus complicatâ Bened. Silvaticus *Consil. Med. centur. 3. Cons. 24. it. centur. 4. Cons. 99.* sudorem promovet dolicis vel vesicis plenis aquâ fervente, alteratâ Carduô sanctô, abrotanô, salviâ, arthemisiâ, tanacetô & similib.

Sacculos arteriales cum Carduob. syncopi oppositos V. infra, *c. 12.*

Pulvinaria pulsuum Brendelius irrorat aquâ Carduiben. *Consil. 98 p. 352.* Aquâ Carduibenedicti cum aliis mixtâ sacculos ejusmodi irrigat D. Brunnerus *Consil. prophylactic. p. 419.*

Caput IX.

Usum Carduibenedicti in morbis infimi ventris trutinat.

INfimus venter à thorace interventu diaphragmatis, tanquâ parietis intergerrimi disterminatur: in hoc viscera nutritioni dicata sapientissimus Creator admirabili artificiô dispositi. Ventriculus inter hepar & lienem, tanquam inter duos focos situs, totius

tius corporis promus condus, primæque coctionis sive chylosos officina est : inflammatur, abscessum patitur, ulceratur, multisque modis in functione suâ impeditur.

Hepar primis rudimentis sanguinis, ultimatam postliminiò perfectionem in corde acquisituri, inserviens, & reliqua vasa fulciens Instrumentum, quot quæso affectibus est expositum ?

Lien oppositum jecinori viscus quandò obstruitur, innumeris morbis occasionem suppeditat : hinc icterus niger, melancholia hypochondriaca, fœdi fœminarum colores, scorbutus seu magni lienes Hippocratis scaturiunt. Intestina chylo deducendo & excipiendis sordibus destinata, horrendis motibus, vermibus, obstructionibus, & profluviis infestantur : illorum vinculum Mesenterium, strumarum fundamentum, ut vult Riolanus *Encb. Anatomic. c. 18.* obstructionibus, doloribus colicis nothis in paralysin interdum degenerantibus, aliisque accidentibus undiquaque patet. Partes genitales utriusque sexûs quot morbis obnoxiæ sint, tam notum est, quam quòd notissimum.

Quid igitur in infimi ventris morbis curandis spei opisque in Carduo sancto locari possit, ex celeberrimis Authoribus eruere, & in medium conferre accinguntur. Horum plurimi in icterô & hydrope Carduum nostrum

ſtrum magni eſſe momenti; hyſtericis item affectibus mederi, uterumque ut & ventriculum à ſuperfluis humoribus vindicare; ſimiliter etiam in malo hypochondriaco prodeſſe cenſent. V. Tabernæmontan. Agerius & cum iis alii quam plurimi.

L. Apulejus Madaurenſis *in ſuâ aureâ de virtutibus herbarum hiſtoriâ*, quam à Chirone Centauro Achillis Præceptore, & ab ipſo accepiſſe fertur Æſculapiô, medullam cardui viridem, quam in ſummo habet capite, ad infirmitates ſtomachi ex oxygarô propinat.

Quemadmodum igitur omnia ſpinoſi generis olera ſtomacho commoda, teſte Hugone Fridævalle *de ſanit. tuend. l.2. c.38.* Ita etiam Carduus ſanctus ventriculo amicus eſt, & appetitum conciliat. *Lonicer. l.2.* Aqua Carduib. pota ventriculum roborat & calefacit. *A. Libav. pr. Alch. p.97.* Ventriculum frigidum pituitâ obſeſſum ſanat. *Idem.* In dolore & compreſſione ſtomachi D. Brunnerus *Conſil.49.* commendat potionem, Carduô benedictô inſignem.

Confer. Cardan. *l. 13. de ſubtilitate*

Elegans eſt mixtura ſtomachica Nobiliſſ. D.D. Rolfincii, *meth. ſpec. ſ.1. c.8.*

℞. miſtur. ⊕. ♀ ſatæ, theriacal. camphorat. ana ℥iij.

extract. granor. juniper. acor. Carduiben. pimpinell. zedoar. betonic. ana ℈ß.

ſiru-

ſirupi de menth. de betonic. ana ℥j. f. Miſtura.

5. vermiſchte Magen-Eſſentz.

Contra vomitum J. Palmarius *de febr. peſtil. p. m. 521.* præſcribit ſacculos, quos Card. ſemen ingreditur.

In inflatione ventriculi Gr. Horſt. *l. 4. Obſ.* Carduumb. nodulis admiſcet.

In ſingultu J. Hollerius Stempanus *lib. 1. de morb. intern. c. 3.* ſeq. medicamentum commendat: ℞. ſem. aneth. Carduib. citr. ana ℈j. meliſſ. cortic. citr. ana ʒß. Corall. rubr. galang. macis, cinamom. ana ℈ß. margaritar. fragmentor. ſmaragd. ana g. 8. C. C. unicorn. ana g. iiij. cum ſaccharo borraginato, & vino albo tenui odorifero fiant lozengiæ vel pulvis. Idem habet C. Wolffius *viatic. nov. c. 28.*

Eſſentiam Carduibene. inter ſtomachica medicamenta refert Macaſius *prompt. Mat. med. p. 230.*

Pulvis cum vino potus ventriculi phlegmata conſumit & evacuat. A. Libav. *pr. Alch. p. 98.* N. Agerius *pharm. ref. part. 1. p. 35.* Omnem ſuperfluam humiditatem decoctum & aqua Carduib. cum vino deſtillata conſumit, humidumque radicale auget & confortat. *Idem loc. citat.*

Viſcerum reliquorum nutritioni dicatorum, præſertim autem jecinoris oppilatio-

nes,

nes, ejusque plurimos morbos Carduumb. tollere Tabernæmontanus, Fuchsius, Heurnius, Gr. Horstius & Clariss. S. Paulli scribunt locis citatis.

In epatis intemperie frigida, obstructione, scirrhô, ut & icterô & hydrope Franc. Joel *l. 5. f. 3.* Carduumb. digerentibus & aperientibus decoctis passim admiscet.

Aqua epatica B. Timæi
v. Güldenst. talis est:

℞. sem. 4. calid. major. & min. aurant. aquileg.
citr. Carduib. asparag. sesel. cicer. rubr, ana ℥j.

Incisis & conquassatis affunde vin. Rhenan. alb. q. s. post macerationem destillentur. ▽m epat. Rolfincii V. *in methodo special. l. 9. f. 2. c. 8.*

Electuarium absinthiacum Mynsichti, Carduo sancto multa debens, epatis, lienis & vesicæ felleæ obstructiones contumaciss imas aperit & tollit. V. A. M. C. *f. 13.*

In intemperie quasi inflammatoriâ hepatis D. Brunnerus *Consil. 51.* offert pilulas ex ☉is absinth. g. vj. extract. chamædr. Carduib. ana g. v. cum sero caprino peculiariter præparato.

Decoctum galli veteris cum Carduoben. ad epatis oppilationem *V. in pharmac. dogm. rest. Quercetan. l. 1. c. 8.*

In obſtructionibus epatis reſerandis Dunc. Liddel. *l.2. de febr.* laudat ſequentes pilulas: ℞. trochiſc. de eupator. de abſinth. ana ℈ij. de rhabarbar. extract. centaur. min. ana ℈j. extr. carduib. ℈ß. cum ſirup. de cichoriô aut eupator. f. Pilulæ. Nô 12. Doſ. 4. alternis diebus.

Carduusb. comeſtus ſanat lienis affectiones. Alex. Pedem. *l.1.p.79.*

Omnes lienis obſtructiones, dolores, tumores, & durities aperit, ſiſtit, emollit atque reſolvit Sal ſplenetieum Mynſichti, Carduô ſanctô inſigne. *V. arm. med. Chim. ſ. 11. p. m. 199.*

In imbecillitate & obſtructione lienis nodulum Carduob. inſignem V. apud D. Brunnerum *Conſil. 57.*

In tumore lienis commendat idem *Conſil. 60.* pulverem ſeq.: ℞. Carduiben. ℥j. rad. angelic. veronic. ana ℥ß. trochiſc. de cappar. ℈ij. de eupator. de abſinth. ana ℈ß. M. f. Pulvis in 3. part. æqual. dividendus.

In obſtructionibus ſcirrhoſisque lienis tumoribus reſolvendis Quercetanus *pharm. dogm. reſt.* ſirupum florum geniſtæ compoſitum Carduib. ſemine inſignem commendat. *l.1.c.12.* Ad eundem affectum mirificè conducit tragea ſplenetica ejusdem. *c. 20.* ut & extractum ſplenetieum majus. *c. 25.* quæ omnia Carduusb. ingreditur.

Tra-

Tragea splenetica Magnif. Rolf. *in meth. spec. l. 3. s. 3. c. 2.* talis est:

℞. Crystallor. ♀ri ʒiij. magister ♀ri ⊕lat. ⊖is absinth. Carduib. zz. ana ʒß. spec. dianis. diacinamom. ana ℈ij. sacchar. albissim. ℥j. f. Tragema.

D. S. Triesenet an statt des Saltzes.

Contra inflationem lienis & hypochondriorum Gr. Horstius *l. 2. de tuend. sanitat. c. 7.* sequentem confectionem laudat: ℞. extract. Carduib. meliss. ana ʒß. ⁂ anis. gt. vj. cum sacchar. in aq. meliss. solut. q. s. f. Confectio in rotul. Idem pulveris Carduib. ʒj. ad obstructiones epatis & lienis ex vinô propinat. *l. 1. de pl. August. s. 6. c. 12.*

Laterum seu lumborum dolores sanat Carduusb., si cum vinô albô bibatur, Al. Ped. *lib. 1. p. 78.*

J. Poppius in puncturis laterum sequentem præscribit emulsionem: ℞. sem. Carduib. Cardui Mariæ, melonum, ana ʒj. urticæ ℈j. f. cum aq. flor. acac. rosar. & epatic. nob. l. a. Emulsio, rotulis man. Christ. dulcoranda.

Carduibenedicti decoctum dolorem hypochondriacum & lumborum, dorsique mitigat. Semen Carduib. epotum cum vinô contra punctiones lateris ex obstructione epatis valet. Greg. Horst. *l. 1. s. 6. de plant. Aug. c. 12.*

In doloribus lumborum cumprimis viſceribus affectis Reinerus Solenander *Conſil.med.ſ.3.p.m.261.* ſequens medicamentum præſcribit: ℞. cort. radic. cichor. ʒiß. rad. petroſelin. ʒj. cortic. rad. frangul. interior. exſiccat. ʒvj. glycyrriz. raſ. ʒiij. cuſcut. è lupul. ben. aſſervat. Mij. agrimon. ſcabioſ. capill. ℥ris, recentium, ana Pj. fol. Carduibened. Pß. paſſul. Corinthiacar. Pj. ſem. aniſ. ʒiij. portulac. ʒiiß. conciſa & ſelecta coq. in duplici vaſe in aq. hord. ℔iiß. aq. Carduiben. ℔ß. hor. 4. vel 5. tum affunde vini ℔j. cinamom. opt. ʒij. ſpec. diarrhod. ʒiß. Collig. in puppa, & poſt aliquot ebullitiones auferatur ab igne. Dentur mane ʒiiiiß. cum ſirup. cichor. e. ℞ habarb. ʒj. plus minus, & continuetur hujus uſus.

Obſtructiones internorum viſcerum tollit Carduusbenedictus, & eorum ulcera ſanat. Fernel. *meth. med. l.5. c.21.* Craſſum & viſcidum humorem è jecore expellit. And. Libav. *pr. Alch. p.98.* Obſtructiones venarum reſerat. *Idem.*

Luem Veneream curat decoctum Carduibenedicti cum guajacô ligno factum, & ſæpius hauſtum. Tabern. quod confirmat Crato *apud Scholtzium epiſtol. medicinal. 125.* inquiens: morbo gallico Carduum imprimis eſſe utilem. D. Camerarius extractô Carduib. utitur. Herbam miſcet decoctis è li-

è lignô guajacô cum vinô & aquâ paratis, iisque quos gallica lues corripuit, exhibet Matthiolus *locô supra citatô*.

Gabriel Fallopius tractatu *de morb. gallic. c. 47.* laudat decoctum sequens: ℞. lign. guajac. ℔j. cortic. ejusdem ℔ß. aquæ ſ. ℔. 18. macerentur hæc secundum artem, deinde bulliant ad consumptionem tertiæ partis, postea add. Carduibenedicti, cujus frequens est usus, chæmædryos, betonic. pentaphyll. ana Mj. Iterum bulliant ad medietatis consumptionem, ita ut totum decoctum non sit plus, quam ℔vj. postea addimus vini ℔iiij. & post unicam ebullitionem colamus & exprimimus.

J. Palmarius *de lue Venerâ lib. 1. c. 13. p. 66.* hôc decoctô utitur: ℞. rasur. medull. lign. guajac. ℔ß. corticis ejusdem lævigat. ℥iiß. macerentur per hor. 20. in aq. tepentis ℔. vj. Coq. dum ℔4. absumantur. Adde sub finem coctionis passar. uv. purgatar. glycyrrizæ utriusque ℥ß. baccar. juniper. ℥j. sem. Carduibened. ʒvj. rasur. C. C. ʒij. rad. tunic. & tormentill. sem. fænicul. ana ʒj. folior. salviæ minor. summitat. betonic. flor. rorismarin. ana Pj. Quod cum refrixerit, cola, & ad usum sepone.

In morbo gallico egregium suppeditat levamen aqua Carduibenedicti, decocto li-

gnorum admixta. Ager. *pharmac. ref. part. 2. fol. 35.*

Decoctum lignorum, quod Carduusben. ingreditur, V. in Crist. Wirsung. Arzney Buch *part. 5. c. 3. p. m. 505. 508.*

Amatus Lusitanus *comment. in Dioscor. lib. 3.* ita de Carduob. scribit: Hodie illius magnus & frequens usus est, pro vino vel aqua ex guajaco ligno contra morbum gallicum conficiendâ, nec sanè immeritò, quia exsiccandi & maligna ulcera curandi vires insignes obtinet.

Tob. Knobloch. *tract. de lue Vener. p. 2.* decoctum ligni guajaci in illis, quorum jecinora à virulentiâ gallicâ infecta, & ad hydropem disposita sunt, parat cum adjectis radicib. asparag. plantag. herb. Carduib. auricul. muris, agrimon. absinth. fumar. marrub. sem. anis. flor. 4. cordial. genist. bacc. juniper. laur. & similibus.

Greg. Horst. *Observ. l. 7. obs. 2.* & Hier. Fracastorius *lib. 3. de morb. contagios.* aquam Carduib. decoctis in lue Græa usualibus; S. Hafenreffer. *de cut. affect. lib. 2. c. 2.* purgantibus in hoc affectu exhiberi solitis, admiscent.

Lucas Chinus Medicus Bononiensis sequenti utitur decoctô: ℞. seri caprini toties percolati, donec in colaturâ nihil caseosi remaneat, ℥xv. passular. ℥ß. M. bulliant ad

4tas

4tæ partis consumptionem: deinde adde, Carduib. agrimon. fumar. ana M ß. betonic. iv. ana ʒij. epithym. ver. ʒj. Iterum bulliant 2o. ebullitionibus, demum adde fol. sen. Oriental. ʒß. & unica ebullitione bulliant, removeatur ab igne, mane fiat Colatura cum expressione, quæ tepida bibatur.

Decocta in lue Venerea inveterata Carduob. nobilitata Vid. *in pharmac. dogmat. restit. Quercetan. l. 1. c. 8.* Oxymel benedictum cum aq. Carduib. *ib. c. 11.* Opiatam J. Palmarii contra luem Veneream, & aquam Cardiacam opiatæ succedaneam *V. l. 1. c. 7.* Julebum ex aq. Carduib. cum sirup. acetos. &c. *V. c. 8.*

Sirupum laxantem & simul alterantem in lue Venereâ aliis affectibus implicitâ Vid. apud eundem *l. 2. c. 1.* potionem cum sem. Carduib. *c. 2.* decoctum cum sem. Carduib. *c. 3.*

Vinum guajacinum sequens in totum liberare morbo gallico affectos scribit Mercatus *l. 3. p. 3. de cur. fac. cl. 3. q. 214.* ℞. lign. guajac. rasi ex intimo ejus corde ℔. iiij. cortic. guajac. ℔j. carduib. ℔ iß. adianth. agrimon. asplen. ana ℔j. flor. borrag. buglos. ana ʒviij. cass. odorat. ʒiij. sem. anis. ʒiß. sacchar. ℔v. infundantur omnia in vase mundo aptæ capacitatis, & adde vini albi vetusti & odoriferi 250. uncias: post dili-

genter vas claudatur, & per triduum omnia macerentur: post triduum per linteum colentur, asserveturque vinum in aliô vase, cujus ventre jejunô & in prandiô ac cœna uncias tres aut quatuor porriges. Hujusmodi vinum aliud reperies ibidem.

Aqua destillata pro consumendis morbi gallici reliquiis reperitur apud eundem *lib. 1. de morb. gallic. seq.*

℞. Theriac. antiq. ℔ß.
rad. elenii, caud. equin. ana ʒiiij. cyclamin. ʒiij.
carduibened. cardiacæ, salviæ, ana Mj.
iv. arthetic. Miß. rad. ebul. & lilior. ana ʒß.
pimpinell. eupator. fumar. acetos. betonic. scabios. ana Pij. capill. ℥ris. flor. cordial. ana Pj.
lign. guajac. & cortic. ejusd. macerator. per diem in ℔iiij. hydromelitis ana ℔j. ponantur omnia in vase vitreô, & destillentur. Dos. ab ʒij. ad ʒiiij.

Ibidem semen Carduib. jusculis pullorum additur pro consumendis luis Venereæ reliquiis. Talia V. apud Cratonem *Consil. 163.*

In antiquis gallicis doloribus Antonius Gallus describit efficacissimam aquam sequentem:

℞. Laccæ, aloës lotæ cum aq. myrti, ana ʒß.
enul. scord. Carduibened. hederæ, ana Mj. in-

infunde omnia in ſ. q. aq. vit. deinde pon. in vaſe vitreô benè obturatô in fimum equinum per dies 40. quibus elapſis effundatur aqua illa, cui adde præcipitati ppt. ſ. ☉ri vitæ, [quod deſcribit Hercules Saxonia *Med. pract. l. 9. de lue ♀reâ c. 22.*] ℥j. Cryſtall. pulveriſat. ℥ij. Iterum infund. in aq. prædictâ, & maneant per alios dies 40. in fimô equinô. Extractæ aquæ efficaciſſimæ doſis non debet excedere guttulas x. vel xij. & exhibetur in aquâ Carduibenedicti.

Hercules Saxonia Med. pract. *l. 9. de lue ♀reâ c. 24.* aquas theriacales ex theriacâ, dictamno, ſcordiô. Carduob. tormentill. & aromatibus ligno permixtis, deſtillatas in affectu gallico antiquo laudat.

Lumbricos necat ſuccus Carduibenedicti. Georg. Bertinus Campanus *de nat. med. l. 18.* Tabernæm. *l. 1.* J. C. Baricellus *hort. genial. p. 216.* ut & ſemen ad ʒj. potum, quemadmodum & Sal. Heinr. Petræus *diſſert. de vermib.* Alvi tineas necat. *Matthiol. & Tragus locis citat.* Lumbricos interaneos necat pulvis ex foliis Carduib. in lacte caprino pueris 3. horis ante cibum exhibitus. Andr. Libavius *pr. Alch. p. 98.*

Obſervavi Annô 1660. cum adhuc Perilluſtrium & Generoſisſimorum Dnn. Ruthenorum Medicus aulicus praxin Medicam

apud Variscos exercerem, in pistore quôdam Graizense, post usum amararum herbarum, Carduibenedicti scilicet, centaur. minor. absinth. & fim. ut & Elix. proprietat. correct. n. d. lumbricos latos duos, unum quidem integrum, quem exsiccatum adhuc asservo, alterum verò frustillatim excretum. Qui prior cum alvi excrementis excernebatur, longitudine æquabat ulnas duas cum dimidiâ, cum incisuris crebris ad collum sensim se angustantibus, maculam verò nigram, cujus mentionem facit Tulpius *l.2.* observare non licuit. Alter qui frustillatim egrediebatur, priorem longitudine longè superaverat.

J. Pharamundus Rhumelius *in medicin. militar.* drachmam unam pulveris Carduib. contra ascarides in vinô exhibet.

Infantium vermes C. Amthor. *nosocom. infantil. c.16.* necat aquâ Carduib. cum spir. Oli guttulis iij.

Nobilis est aqua contra vermes Mynsichti, *armam. med. Chim. f.19.* Carduumb. recipiens.

Oleum compositum contra vermes, quô Quercetanus tam internè in formâ Clysteris, quam externè feliciter usus est, *Vid. in ejusd. pharm. dogm. rest. l.1. c.17.*

Vinum Carduibenedicti optimum est re-

me-

medium quotidie epotum contrà vermes. Greg. Horſt. *l. 1 ſ. 6. de plant. Auguſti c. 12.*

Vulgaris eſt contra vermes Rhei infuſio in aq. Carduib., cui expreſſo additur ſirup. de abſinth. q. ſ. J. Hollerius *de medicament. intern. l. 1. c. 54.*

Dolori colico auxiliatur ſuccus Carduib. Tabernæmont. & Tragus *loc. ſupr. citat.* Decoctum calidum ſumptum hîc laudat Lonicerus; ut & pulverem in vinô albô exhibitum. Herbæ decoctum ilium dolores mulcet, & cœtera ventris tormina ſedat. Matthiol. *l. c.* G. Bertin. Campan. *l. 18.* Macaſias herbam medicamentis contra colicum dolorem valentibus accenſet *promptuar. med. mat. p. 326.*

B. Carrichterus in colico dolore laudat decoctum ſeq.:

℞. herb. Carduib. Mj. menth. Saracenic. fl. roſar. ana Mß. Coq. in vini generoſi q. ſ. f. hauſtus, qui etiam paſſiones hyſtericas curat.

In dolore colico ex pituitâ vitreâ tunicis inteſtinorum impactâ Franc. Joël *l. 4. pr. ſ. 3.* ſequens commendat enema: ℞. Centaur. minor. Carduib. fol. laur. rut. ana Mß. ſem. cartham. urtic. ana ℥ß. pulv. colocynthid. in linteol. ligat. ℈j. coq. in ℔iij. aq. ad ⅔as: Colatur. ℞. ℔j. adde ol. laurin. rut. aneth. ana

ana ʒj. elect. diaphoenic. de bacc. laur. ana ʒß. vitell. ovor. Nôij. ⊖is ʒj. M. f. enema.

Ictero fert ſuppetias ſirupus Carduib. *Tabern. Macaſ. prompt. mat. med. p. 335.* Extractum ſequens in icterô valdè commendat J. D. Mylius *baſil. Chim. l. 6. p. 898.*

℞. rad. fænicul. petroſelin. cichor. ana ʒiß. ſol. Carduibened. chamædr. betonic. ana Mj. arthemiſ. rubr. meliſſ. ana Mij. flor. anthos, ſtœchad. Arabic. cichor. ana Mj. ſem. aniſ. fœnicul. ana ʒj. calam. aromatic. ʒß. diarrhod. Abb. aromatic. roſat. ana ʒj. M. & cum ſp. vin. q. f. f. l. a. Extractum inſtar mellis. Icteri nigri antidotum *V. apud eundem pag. 925.* quod ſemen Carduibened. ingreditur.

Aqua Carduib. mane & veſperi pota icericis convenit. Gr. Horſt. *de plant. Aug. l. 1. ſ. 6. c. 12.*

In hydrope ſirupus Carduib. ſecundum Tabern. *l. c.* & folia ejusdem cum urinâ pueri impuberis cocta & aſſumpta valdè proſunt. Lonicer. *herbar. l. c.*

Chr. Wirſung. *p. 3. c. 12.* egregiam aquam ſudoriferam deſcribit, quâ deſperatam quandam fœminam hydropicam percuratam eſſe refert:

℞. Cortic. interior. virid. ſambuc. Mviij. herbar. Carduib. M. vj. rorismarin. ſummitat. juniper. ana M. iij.

Mi-

Minutim inciſis affunde vini generoſi Menſ. ij. repone per dies 14. in fim. equin. & poſtea deſtilla per B. M. Doſis Cochlear. 23. 4.

D. Carrichterus pract. fol. 102. in tympanitide ſequentem pulverem laudat: ℞. rut. murar. Carduib. ana Mj. aſari, ʒß. nucleor. perſicor. ʒj. M. f. Pulvis, cujus doſis ʒj. in aquâ rutæ.

Apozema magiſtrale in hydrope magni uſus, Carduob. inſigne V. apud Wierum *obſerv. rarar. lib. 1.*

In epatis intemperie frigidâ, eò progreſsâ, ut hydropem minaretur, Reinerus Solenander *Conſil. medſ. 3. Conſil. 2. p. m. 221.* ſequens laudat electuarium:

℞. rad. cichor. condit. ʒiß. Conſerv. cichor.
conſerv. borrag. roſar. ana ʒij. flor. ſalv. rorismarin. ana ʒj.
theriac. Andromach. ʒx.
lign. ſanct. ſubtiliſſ. trit. ʒiß. cortic. ejusd.
ſalſæ parillæ, ana ʒß. myrobal. embl. cond. Nº. iiij.
margaritar. Corallor. rubr. ana ʒß.
ſpec. aromatic. roſat. diarrhod. Abbat. ana ʒiij.
ſem. Carduiben. ʒiiiß. amygd. amar. non rancid. ʒß.

fol.

fol. ☉ finiſſim. Nô 8. Cum ſirup. cortic. aurant. vel cortic. citr. q. ſ. omnibus ſubtiliſſ. comminutis ſ. conditum ℥ß. D. cum fol. ☉ri inſtrat. ſ. Electuarium.

In hydrope aſcite Hartmannus *pr. Chim. p. 243.* ſeq. ſudoriferum laudat:

℞. roob. ſambuc. ℥ij. Sal. Carduibenedict. ℈j.
mithridat. ℥j. ſirup. de Carduobened. q. ſ. ad conſiſtentiam electuarii, quod aſſumat 2. vicibus, & in lectô aut ſtupha horis matutinis ſudet. Vel

℞. rad. ſarſaparill. raſur. lign. guajac. ana ℥ß. lign. ſaſſafras. ℥ij. infund. in ſ. q. aq. commun. per hor. 24. poſtea coq. ad ℥vj. Colaturæ adde
ſirup. de Carduobenedict. de ſcabioſ. ana ℥vj.
ſalis Carduib. ℈j. ▽ cinamom. ʒij.

M. pro 2. doſibus ante introitum Laconici. Decoctô ſudoriferô ſequenti in hydrope utitur Franc. Joel *l. 5. pr. ſ. 1. p. 44.*

℞. Cortic. median. ſambuc. virid. rad. aſar. dauc. Cretic. ana ʒij. rad. ebul. helen. ana ℥ß. baccar. laur. ſem. ſeſel. ana ʒj. herb. ſcord. Carduibened. puleg. flor. centaur. min. ana M ß. paſſul. min. ℥j. cinamom. ʒij.

Con-

Contundendis contusis & concidendis concisis, coq. in dupl. vase per 2. hor. cum vini ℔ij. cui mellis puri & defæcati 2. cochlearia sint admixta, deinde colentur, & colati juris ebibat æger diebus vacuis à purgatione ʒv. mane, & se componat ad sudorem. Efficacius erit, si illi ʒj. theriacæ admisceatur.

Sal hydropicum Mynsichti Carduobenedictô exaltatum hydropicos omni aquâ exonerat. *V. arm. M. C. p. 202.*

Ad educendas hydropicorum aquas Mixtura sequens Gr. Horstii, qui passim in hydrope Carduumbenedictum digerentibus admiscet, Hœfero *in Hercul. Med. l. 3. p. 127.* singulariter probatur, qui vidisse testatur optatum effectum Annô 1639. in nosocomiô civicô Viennæ, tum temporis curæ suæ commissô:

℞. herbar. absinth. Carduiben. agrimon. soldanell. cum toto, ana Miiij. radic. ononid. petroselin. eryng. asparag. ana ʒiij. summitat. juniper. cum tot. M. viij. Comburantur omnia, & è cineribus fiat lixivium ad ℔ij. Huic adde sirup. dialth. Fernel. de 5. radicib. ana ʒiij. spir. salis ℈iiij. M. D. ʒv. aliquot vicibus, sed cum cautelâ, repetendæ.

Apo-

Apozema hydropicum pro duabus vicibus, Carduob. insigne V. apud Duncan. Liddel. *l. 2. de febr.* J. Hollet. *de morb. intern. l. 1. c. 39.*

Vinum hydropicum Erasti Vide apud Sennertum. *l. 3 pr. part. 6 f. 2. c. 3.*

Electuarium sequens in hydrope profuisse testatur Magnif. Rolfincius *Meth. special. l. 9. f. 2. c. 6.*

℞. extract. agerat. centaur. min. chelidon. ana ℥ij.
salis absinth. Carduibenedict. ana ʒß.
trochiscor. de cappar.
spec. diacurcum. diarrhod. ana ʒj.
misc. f. ℥ij. sirup. capill. ℥ris, q. s.
D. S. Leberlatwerge.

Calculum renum & vesicæ pellit aqua Carduib. sæpius usurpata, secundum Tabernæmontan. *l. c.* Andr. Libav. *pr. Alch. p. 98.* M. Untzer. *p. 1035.* Nic. Agerius *l. c.* aquam cum vino destillatam anteponit, eamque renes & vesicam à sabulo vindicare scribit. *p. 36.* id quod confirmat Chr. Wirsung. *part. 3. c. 17.*

Decoctum calidum cum vino aut aquâ factum præfert Lonicerus, ut & herbam Carduib. in vino infusam. Si regio renum & vesicæ decoctô hôc foveatur, calculi dolores minui idem asserit. Insessiones & balnea sudatoria ex Carduob. ad calculum utiliter

Digitized by Google

liter conficiuntur. Heinricus à Bra *tractat. de calcul.*

Renum dolores lenit Carduus b. Matthiolus *loc. cit.* Calculum frangit. L. Fuchs. *herbar. l. c.* Calculos renum comminuit. Alex. Pedemont. *lib. 1 p. 77.*

Carduibenedicti radices ex terrâ extractas aut aridas in vino albo tenui decoque, decoctum exhibe calculosis: oportet autem eam potionem largius offerre. Heinr. à Br. *tractat. de calcul. ex Aetio.*

Lazarus Riverius *pr. l. 14. c. 1.* jus galli decrepiti in calculo renum laudat sequens: ℞. polypod. q. sem. carthami, ana ʒiß. thymi & epithym. ana ℈j. sem. cuminiß. aneth. fœnicul. carv. carduib. ana ʒij. fol. sen. ʒiß. turbith gummos. ʒß. cinamom. ʒj. Crystall. ℔ri ʒij. Contund. & misc. singula, ex quâ mixturâ venter galli veteris eviscerati impleatur: dein coquantur, donec galli caro ab ossibus separetur. Colatum jusculum capiat in 4. doses matutinas.

Decoctum contra calculum, ubi simul abundant vitiosi humores V. apud Fr. Joel. *l. 6. pr. s. 1.*

Mercatus *l. 4. de intern. morb. cur.* destillat aquam ex calcatrippa, Carduo sancto, millefolio & gramine. Idem asserit, aquam sequentem in conterendo calculo mirae esse,

efficaciæ: ℞. Carduib. ℔iiij. succ. limon. acrium ℔iß. malvar. Pij. rad. petroselin. ℥vj. sacchar. ℔j. quibus pistatis cum ℔iij. aq. lupulorum destillatur aqua, quæ cum aq. fabar. mixta exhiberi potest. *loc. citat.* Idem sirupi Cardui sancti & aq. Calcatrippæ ana ℥j. in jusculo laudat.

Vapor decocti in balneo vaporoso calculum loco movet. Tragus *loc. supr. citat.*

Aqua mirabilis ad calculum renum & vesicæ Bernh. Penot. *spec. recept. p. 66.*

℞. radic. bismalv. in vinô albo mundatar. ℥vj. bardan. gramin. ana ℥iiij asar. petroselin. valerian. fœnicul. contusar. ana ℥ij. herbar. capill. ℞ris, saxifrag. pimpinell. virgæ aureæ, betonic. ana M. iiij

semin. basilic. bardan. Carduib. siler. montan. nucleor. mespilor. & persicor. ana ℥j. mil. sol. ℥ij. lapid. lincii, judaic. ana ℥j. sangv. hirc. ppt. ℥iiß. croci, ℥ij. terebinthin. Venet. q. v. Contund. & misc. cum terebinthin. in vin. alb. ℔iiij. diluta omnia, & simul mixta, maneant 24. horas: destill. in B. M. Hujus aquæ bibat laborans ℥ij. tribus horis ante cibum, cui superbibat vini albi ℥iiij. liberabitur.

℞. sanguin. hirci marin. masculi, ℥ij. pulv. flor. virg. aur. ℥i. ireos ℥ß. betonic. styrac. calamit. ana ℥ij. moschi, g. xij.

gum-

gummi tragocanth. in aq. roſar. ſolut. pulv. bezoart. card. virg. aur. ſacchar. q. ſ. formentur trochiſci: diſſolve cum ſupradictâ aqua, bibat, & laudet DEUM. Hactenus Penotus.

In abſceſſu renum Franc. Joël. *lib. 6. pr. ſ. 1.* ſequens digeſtivum præſcribit:

℞. ſirup. de ſucc. Carduib. de eupator. ana ℥iß. aq. juniper. ℥ß. betonic. ℥iij. f. hauſtus. poſtea ſubducatur alvus enemate ſequenti:

℞. rad. ononid. petroſelin. & fænic. ana ℥j. herb. abſinth. Carduibened. ana Mß. Coq. in aq. ſ. Colatur. ℔j. adde hier. ſimpl. ℥iij. ol. aneth. hyperic. ana ʒiß. ⊖is, ʒj. f. enema: quo author etiam in renum ulcere utitur.

Diureticas vires Carduob. aſſignant Lonicerus & Fuchſius *locis citat.* ut & G. Bertinus Campanus *lib. 18.*

Benedictus Silvaticus *Conſil. med. cent. 3.* omnia carduorum genera in iſchuriâ laudat.

Duncanus Liddelius *l. 2. de febr. c. 6.* Carduumb. diureticis admiſcet, ut & extractum ejusdem.

Gr. Horſt. *de plant. Auguſt. l. 1. ſ. 6. c. 12.* decoctum, aquam, & vinum Carduibened. laudat.

Scorbuto Carduſb. adverſatur, ſanguinem.

nem deputando & exaltando. Ejus semen inter antiscorbutica recenset Brendel. *Consil. 58. p. 184.* & Macasius *promptuar. mat. med. p. 276.* In atrophiâ scorbuticâ Brunnerus *Cons. 4.* semen Carduib. ferè omnibus medicamentis admiscet.

Aquam antiscorbuticam Vid. apud Quercetanum *in pharmac. dogmat. restitut. l. i. c. 7.* sem. Carduib. insignem.

Aqua Scorbutica Th. Bartholini *in cistâ Med. p. 512* talis est:

℞. raphan. rustican. in orbiculos concisi, ℔ iij.
rad. scorzoner. hispan. ℥ ij.
cort. rad. cappar. tamarisc. ana ℥ ß.
fol. cochlear. nasturt. aquat. petrosel. begabung. recent. ana M ij.
sem. cochlear. carduib. aquileg. fœnic. ana ʒ iij.
cremor. ♃ri, ʒ ij. gran. paradis. cardamom. ana ʒ j.

affunde vini Rhenani ℔ xij. aq. cochlear. fumariæ, ana ℔ j. stent in digestione 24. horis, deinde per cineres destillentur.

Malo hypochondriaco Nicol. Agerius *pharmac. ref. part. 1.* opponit pulverem ex herbâ & semine Carduibenedicti paratum.

Hypochondriacum Zvvingeri tale est:

℞. Rad. 5. oper. maj. ana ℥ ß.

herb.

herb.bugloss.Carduibened. ana Pj. absinthii parum, sem. fœnicul. ʒj. cartham. ʒß. fol. sen. ʒiiß. agaric. tartar. alb. ana ʒß. ZZ. cinamom. ana ʒj. parentur omnia pro vino per tres hebdomadas continuando: quod etiam citatur ab Hartmanno *in pr. Chimiatr. p.m.58.*

Essentia hypochondriaca B. Timæi v. G. *lib.3.epistol.21.p.207.* talis est:

℞. spec.trochisc.de cappar.de eupator. de rhabarb.de ros. ana ʒij. diarrhod.Abb. diatr. santal. diamarg. frigid. ana ʒiß.

Θis crystallisat.absinth.tamarisc. cichor. veronic.Carduibenedict. ana ℈ß.

flaved. cortic.citr. recent. ʒvj.

lign. aloës, ʒj. grau. chermes, ʒij.

Extrahatur tinctura cum rore majali destillato: tinctura decantetur & destilletur ad consistentiam mellis: affunde aq. scorbutic. ʒij.

spir.cochleariæ, rub. idæi, nastürt. ana ʒj.

Digerantur in B.M. per hor. 24. postea filtrentur per chartam emporeticam. S. Essentia hypochondriaca.

Decoctum in melancholia hypochondriaca alterans & expurgans *V. apud Brunner, Consil.6.p.21.* extractum, *p.23.* succum,

p.27. sirupum, *p. 61. conf. 8.* potionem, *consil. 9. p. 64.* omnia Carduob. insignita.

Electuarium purgans melancholiam atramque bilem Carduibenedicti semine, conspicuum V. apud Quercetan. *in pharm. dogmat. restitut. l. 1. c. 13.*

Utero prodest in cibo & potu usurpatus Carduusben. J.C. Baricellus *hort. genial. p. 216.* Uteri morbos varios curat pulvis Carduiben. cum propriô sirupô mixtus. Lonicerus *l.c.* Uteri plurimis vitiis auxiliatur. Matthiolus *l. c.* Valet ad uteri suffocationes. Al. Ped. *lib. 1. p. m. 78.* In uteri strangulatu Corbejus *gynec. lib. 1. c. 5.* humores purgat sequenti apozemate:

℞. rad. pœon. ireos, aristoloch. long. ver. matricariæ, ana ʒß. angelic. ʒiij. imperator. ʒij.

herbar. rorismarin. meliss. menthastr. ana Mj. Carduibenedicti, Mß.

sem. cymin. pastinac. sativ. cardui Mariæ ana ʒiij. eryng. ʒß.

Coq. in aq. & vin. mensur. 1. & aq. ℔. 2. in diplomate, bibat mane & vesperi haustum.

In uteri scirrho Franc. Joël. *l. 8. p. f 1.* Carduumb. digestivis aliis prudenter admiscet.

Uterum impurum purgat Carduusb. Nicol. Ager. *pharm. ref. p. 35.* Vasa uteri in partu disrupta aqua Carduib. cum linteolis imposita,

Digitized by Google

ſita, ejusque pulvis inſperſus ſanat. Idem. *l.c.* Partum promovet. A. Libav. *pr. Alch. p. 98.*

Aqua Hyſterica Crügeneri.

℞. rad. eryng. vincetoxic. ana ℥iij.
herb. betonic. hyſſop.
rorismarin. tanacet. ana Mij.
ſucc. Carduibenedict. meliſſ. puleg:
anſerin. menth. ana ℔j.
f. deſtill. ſ.a. im Chymiſchen Somm. *p. 406.*

Succus & aqua Carduiben. ſæpius hauſta obſtructioni menſium ſubveniunt, Tabernæmontan. *l.c.* Decoctô calido hîc utitur Lonicerus *l.c.* Decocti vapor per muliebria admiſſus menſes movet. H. Tragus *herb. l.c.*

J. D. Mylius *baſil. Chim. lib. 6. p. 897.* ſeq. infuſum laudat:

℞. herbar. Carduibenedict. meliſſ. abſinth. Cardiacæ, ana Mj.
flor. centaur. hypericon. ana Pij.
rad. hellebor. nigr. ver. ana ℥iß.
galang. ℥ij. cichor. ℈j. f. cum vino Infuſio.

Vinum Carduiben. mulieribus contra obſtructionem menſium auxilio eſt. Caſtor Durand. Gr. Horſt. *de plant. Aug. lib. 1. ſ. 6. c. 12.*

Menſes movet decoctum ſeq. Chr. Wirſung. Artzneybuch *part. 3. c. 19.* ℞. rad.

apii, asparag. fœnicul. petroselin. Carduib. ruſci aua ℥iß. ſem. anis. fœnicul. cuniin. ammeos, ana ʒj. herb. artemiſ. puleg. menth. aquatic. marrub. matricar. aſar. aua Mj. Inciſa & contuſa coq. in 2. Canth. aq. fontan. usque ad conſumptionem dimidiæ partis: Colatur. adde ſirup. de 5. rad. de calaminth. de artemiſ. ana q. v. ad grat. ſapor. Hujus decocti ſumatur mane & veſperi hauſtus.

In menſibus propter humorum acrimoniam cum dolore fluentibus commendat Hœferus *l. 7. p. 270.* inter alia extractum Carduib. cum extract. lign. aloës & laudan. opiatô.

In leucophlegmatiâ cum totali menſium obſtructione ſequens vinum commendat Horſtius *Obſ. 6. l. 5.*

℞. herbar. abſinth. Carduibened. ana Miß. rad. calam. aromat. helen. ana ʒij. galang. zedoar. ana ʒj. lign. ſaſſafras ʒß. Inciſa D. ad menſur. vini. Pilulæ ejusdem in hôc caſu tales ſunt:

℞. aloës ſuccotrin. ʒiij. myrrh. optim. ʒj. extract. calam. aromat. Carduiben. ana ʒß. croci ʒ. iij. rad. gentian. ariſtoloch. long. dictamn. ana ʒ. v. cum ſirup. baccar. juniper. f. Pilulæ, Doſis ʒj.

Ad ſecundinas retentas Guil. Fabr. Hildanus

dantis feliciter usus est sequenti vinô medicatô.

℞. rad. petroselin fœnicul. glycyrriz. hirundinar. caryophyllatæ, cinamom. ana ʒj.
herb. agrimon. veron. cuscut. Carduib. centaur. minor.
flor. sambuc. genist. Hispan. ana Mj.

Incisa omnia minutim ligentur in saccul. post superfunde vin. alb. ℔xx. *Obs. Chirurg. 59. centur. 3.*

Per clysteres injectus Carduus benedictus ad flatus discutiendos, & apostemata sananda conducit. Alex. Pedemont. *l. 1. p. 78.* Immò in ipsis febribus malignis Carduus b. clysteres ingreditur, qualem Excell. Th. Bartholinus *in cist. med. p. 490.* describit:

℞. radic. angelic. succis. ana ʒß.
fol. malvæ, bis malvæ, scord. Carduibenedict. flor. chamomill. Roman. ana Mj.
sem. lin. Cardui Mariæ, carv. ana ʒij.

Coq. in s. q. aq. ad ʒxij. In colatur. dissolve electuar. diacatholic. ol. rut. mell. rosat. ana ʒj.

M. f. enema.

Imbellibus in veneris bello bellatoribus radicem Carduib. subvenire testatur Chr. Wirsung. Arzneybuchs *part. 3. c. 6.* Contrà dantur, qui virtutem Carduiben. aphrodi-

ſiacam in dubium vocant, nec ſine ratione: cum enim punctionibus laterum adverſetur, pruritum in genitalibus eum excitare veriſimile non eſt. Si quid igitur Carduusb. hîc præſtat, id quidem per accidens fieri putamus: ſiquidem non impoſſibile eſt, ut herba, quæ totum in genere corroborat individuum, etiam partem quandam in ſpecie ſtabilire poſſit; nemo autem, velim, hinc ſuſpectum habeat Carduumb.

Carduus hic ſacer eſt procul hinc procul ite profani.

Inter herbas rebus Venereis aptas Carduumbenedictum locat Marcellus *lib. de medicam. cap. 33.* addit & hoc, illum eſui datum facere, ut mares naſcantur.

Contra dyſenteriam præfatus Chriſt. Wirſung. ſequentem præſcribit pulverem: ℞. herb. origan. Coriandr. chamomill. baccar. myrt. & ruſc. ana Mj. flor. balauſt. hypociſtid. anther. roſar. malicor. ana Mß. cortic. & radic. mor. rad. Carduib. verbaſc. ana ʒj. ex conciſis & contuſis f. Pulvis. D. S. **Pulver wider die rothe Ruhr.** V. A. *part. 3. c. 11.*

Dyſenterias ſedat aquâ de floſculis Carduibened. parata. Andr. Libav. *pr. alch. p. 98.*

Species à dyſenteriâ præſervantes commendat Nobiliſſ. Præſes noſter *in ſuâ hierâ picrâ* tales:

℞.

℞.rad.tormentill.zedoariæ, ana ʒij.
fol.ſcord. Carduib. ana P. iij.
comar.abſinth.Pij.menth.Pj.
cortic. citr. arid. nuciſt. rhabarbar. toſt.
ana ʒj.
macis ʒß. Inciſa D. S. Præſervier Species
zu 1. Maß Wein.

Greg.Horſt, *l.4.obſ.21.* in dyſenteriâ gravi pro roboratione ventriculi & inteſtinorum in prandio ſequens vinum medicatum propinat: ℞.rad. tormentill.zedoar.ana ʒij. herb.Carduib.abſinth. ana Miij. ſcord. Mij. menth.Mß. nuc. moſchat. ʒiß. macis ʒß. infund. in 2. menſur.vin. & ſingulis ſeptimanis renoventur.

Diarrhæam ſiſtentem potum in peſte. Thom. Jordanus præſcribit talem *peſt.phænom.tract.3.*

℞.aq.Carduib. ʒiiiiß.ſirup. de ſucc. cydon.
ʒß.
ſirup.de ſucc.borrag.ʒij.margarit.ppt.ʒij.
bol.armen. opt. & electisſim. ʒß.

Poteſt aliquid de ſuccô limonum inſtillari.

J. Baptiſta Montanus in alvi fluore cum urinæ retentione conjunctô ſequens ordinat medicamentum:

℞. radic. Cardui, aſparag. ana ʒij. ſem. aniſ. ʒj. coq. in aq. fontan. ℔iij. usque ad conſumtionem medietatis: deinde ſumatur ſucci cydonior. depurat. ſirup.

bac-

baccar. myrt. ana ʒj. misceaturque tribus unciis illius decoctionis, & exhibeatur calidum in aurora.

In gonorrhœâ virulentâ ὁ κράνος & Crato præscribit sequens decoctum: ℞. herb. agrimon. veronic. Carduiben. verben. ana Mj. decoq. in ſ. q. aq. pur. Colatur. pro uno hausto ʒiiij. adde sirup. de succ. agrimoniæ, veronic. ana ʒß. Misce f. Potio. *V. A. Consil. 162.*

In inflatione testiculorum Joh. de Vigo *l. 7. de naturâ simpl.* folia & flores Carduibenedicti cum vinô & sapâ potenter resolvere docet.

In inveteratis, peneque desperatis morbis propulsandis J. Quercetanus suum Elixir vitæ majus commendat, Carduobenedictô auctum, *pharm. dogm. rest. c. 7. l. 1.*

In vehementi corporis concussione sudoriferum singulare præscribit Quercetanus *ph. d. rest. l. 1. c. 8.* tale:

℞. rad. bugloss. Carduibene. ana ʒij. sem. Carduib. ʒß. butyr. recent. ziß. spermat. cet. ʒß. mumiæ ver. ziß. croci ʒj. bulliant in ℔iß. vini albi lentô igne, ad consumptionem tertiæ partis: de colatura exhibe ʒiiij. vel vj. calidè: æger exspectet sudorem in lecto coopertus plus solitô.

CAP.

CAPUT X.

Usum Carduibenedicti in febribus malignis, pestilentibus, & intermittentibus scrutatur.

INter universales morbos, qui totam ὁλοσχερείαν seu universitatem destruentes vel silentiô subeunt, vel apertô grassantur Marte, prima sibi reservat subsellia Febris, quæ non solum vitæ fontem & Officinam cor impetit, sed cum spiritibus & humoribus etiam solidas partes, immô totum accendit microcosmum, nulli ætati, nulli sexui nec anni tempori parcens.

Hâc invadente Cor excandescit, & torretur, exhaustô & exsiccatô humidô primigeniô: etenim major fit jactura nostri à febrili calore septem diebus: quam à calido naturali septuaginta annis: septem diebus moritur adolescens tabificâ febris vi consumptus, qui septuagenarius erat futurus ducenativô calore, inquit Ludovicus Duretus, commentariô in Coacas Hippocr. 6. epid. comm. 5. t. 5. ob immedlatum cum animâ nexum ψυχῆς dignatur titulô: quemque Philosophus *libr. de juv. & sen.* ψυχὴν

dion

οἷον ἐμπεπυρισμένην animam quasi ignitam vocat, cujus beneficiô homo vivit, & quasvis functiones obit. Hôc salvô prosperè nobiscum agitur : sin autem pessundatus languescat, aut fomes ipsi subtrahatur, mors in insidiis, immò præ foribus est ipsis. Hic ut sartus tectus à febribus illum depopulantibus conservetur, Medicum omni ope niti decet : cui scopo præ aliis vegetabilibus, quibus Medicus instructus esse debet, accommodatus est Carduusbenedictus, qui antipyreticam suam virtutem potenter exserit in omnis generis febribus, malignis etiam, ut & ipsâ peste : ubi pulveris Carduib. ʒi. in propriâ aquâ propinata prophylacticum est egregium, quod sudorem copiosè movet. Lonicerus *loc. cit.*

Si cum aquâ propriâ bibatur, tribus aut quatuor horis ante febrium accessiones, & æger deinde sudet, illas persanat. Alex. Pedem. *lib. 1. p. 78.*

Aquam Carduibenedicti cum sirupô Carduib. in contagiô pestilenti sæpè haurire jubet D. M. Martin. *tr. de pest.*

Decoctum cum aquâ aut vinô paratum iis etiam in curationis actu inservit, quibus res domi est angustior : ut & sirupus, succus, aqua destillata, semen &c. quæ omnia pestis tempore in cibo etiam & potu sumi possunt, ut vult Tabernæmont. *loc. citat.* Cui amaritu-

Digitized by Google

vitudo nimia displicet, ex extractô pipulas formet, aut decoctum sirupô Carduibened. suavius reddat.

Quod igitur ad pestem, ejusque ortum attinet, quando ea in regione aut terræ tractu primò exoritur, ejus duplex assignatur causa, *scil. primaria seu metaphysica, & secundaria sive naturalis*, huic subordinata: hunc morbum, ubicunque grassaretur, pro castigandis hominum sceleribus, primitus à Deo immissum, ipsi agnoverunt ethnici, ideoque pro exstirpatione ejus, precibus & piamentis æquè, ac medicamentis insistebatur: quod verò ad causam naturalem spectat, variæ feruntur sententiæ: Nonnulli enim volunt, pestem tantum à cœlo & siderum influentiis derivari: contrà alii solummodo ab internâ humorum corporis nostri putredine suscitari statuunt: hujus affectus causam isti nimis procul, hi verò debitô propius deducere nituntur. Nos cum Thoma Willisio *de febr. c. 12.* mediâ incedamus viâ, &, quod ratio suadet, & quod authores quamplurimi asserunt, primum & præcipuum hujus veneni seminarium in aëre collocamus, quippe rationi consonum videtur, ut ab eôdem fonte, quo vitæ communis pabulum, etiam necis haut minus diffusæ initia petantur: eadem nobis respirandi in aëre ac piscibus in aqua degendi, incumbit necessitas:

quare

quare ſicut piſcium catervatim morientium lues aquis venenô infectis aſcribitur; ita homines ſine causâ manifeſtâ è clade epidemicâ occumbentes, nil præter aëris communiter inſpirati labem & occultum μίασμα interimere poterit.

Cumque peſtis ab ingenti aëris & humorum putredine oriunda ex opinione Athanaſii Kircheri & plurimorum recentiorum animata eſſe credatur: ita ut hæc nihil aliud eſſe perhibeatur, quam innumerabilium vermiculorum atque atomorum ad inſtar ſenſibilium effluxus, cujus mediô tanquam per fomitem luis conceptæ ſeminaria per aërem non in diſſitiſſimas ſolum oras, ſed etiam in prælongos temporum tractus, veſtimentorum, linteaminum, iisque conſimilium fibris altius impacta, [ob ſummè glutinoſam viſciditatem, quâ facilimè rebus ejusmodi adhærent,] genituram ſuam propagant: Carduusbenedictus autem, ut capite præcedente demonſtratum eſt, inter alias quas obtinet virtutes alexipharmacas, ſimul etiam elminthagogus ſit, & ejusmodi inſectis ſpecificè adverſetur, quid obſtat, quin Carduusb. & hic valeat, atque adeò una ex præcipuis antiloimicis herbis exiſtat?

Et quamvis apud omnes in confeſſo ſit, vix ullum dari certum antidotum, quod perniciosæ & internecinæ peſti peculiari dote

& ἀντιπαθεία sit oppositum, quod fatetur ipse Pœtus Hippocrati æqualis, dum in suis ad Persarum Regem datis literis *in epist. Hippocr. l. 3. de præs. expulsr.* audacter affirmat, τὰ φυσικὰ βοηθήματα δ' λύειν τὴν σηπηδονίαν λοιμικὴν πάθος: quod etiam Galenus affirmat, dum *lib. 7. M.M.* conqueritur, & tantum non deplorat, vix ullũ excogitari posse medicamentum, quod putredini cor occupanti directè opponi queat: attamen Medicum, fretum ope illius, qui percutit & sanat, oportet hanc ob causam non protinus abjicere animum, sed omnia scrutari trium Regnorum medicamenta, donec per DEI gratiam voti sui compos fiat.

Quicunque igitur à peste præservari cupit, ante omnia supremo DEO, cui substrata sunt omnia, sese committat, & ita vivat, quemadmodum mori velit: Sic mortem non timebit: timor enim, qui multorum morborum causa est, in eô non operabitur, nec corpus ejus disponet, ut pestem facilè suscipiat: sed in bona confidentiâ vivat, à quâ omnes vires ita roborantur, & spiritus excitantur, ut quibusvis causis externis facilius resistant. Secundò diligenter omnia observet, quæ habentur in 6. rebus non naturalibus: & postmodum corpus ab omni humorum corruptelâ immune reddat: tandem suô tempore medicamentis utatur, quæ

occultâ vel manifestâ proprietate venenô-sitati pestis repugnent. Talia autem alexipharmaca parum vel nihil juvaminis afferent iis, qui malô diætæ regimine utuntur, pravisque abundant humoribus : nam vel eorum vis ab iis suffocatur & extinguitur, vel propter obstructiones antidotus integris viribus eô pervenire non potest, ubi operari debet.

In vegetabilium, appropriatâ contra pestem virtute pollentium classe, potissimum, septem à melioris notæ Medicis probantur, scilicet: *Hypericon, Vincetoxicum, helenium, dictamnus, aristolochia, laureola, & raphanus silvestris*: quæ omnes herbæ ex insitâ quâdam & specificâ qualitate potentissimè venenum arcent & repellunt. Athanas. Kircher. *Scrutin. pestis sect. 3. cap. 5.*

Nos ex hoc impari septenario numero octonarium perfectiorem dabimus, additô Carduô sanctô, qui si præcedentes herbas facultate suâ antideleteriâ non anteit, tamen ad eas quam proximè accedit, mirumque est vel sexcentorum Authorum suffragiô, quorum præcipuos heic adducemus, contra venena, immô ipsam pestem antidotum: quapropter non incommode Tragus *loc. citat.* scribit: **Cardobenedict ist ein Ausbund wider die Pestilentz**: quod confirmat Christ. Wirsung **im Artzneyb.** *part.*

part. 6. cap. 15. ubi Carduumb. inter præservantia à peſte primô ponit ſubſelliô.

Arnoldus de villâ nova *lib. de ſimpl.* inter medicamenta, quæ peſtifero veneno ſuccurrunt, idque ex corpore eliminant, eique in qualitate contraria ſunt, & membra principalia confortant, primô locô Carduumbenedictum locat.

Fernelius in peſte febribusque malignis præ cæteris multum laudis & virtutis attribuit Carduobenedicto.

J. Palmar. *de febr. peſtil. c. 18.* ita de Carduobenedictô ſcribit: Longô uſu comperi eum, qui conſtitutione peſtilenti aliquot folia Carduib. cruda mane comederit, vel ſola, vel cum ſale, modicô acetô, & oleô acetarii ſpecie, vel in jure cocta, vel ſucci foliorum viridium ℥j. cum pari vini albi menſurâ hauſerit, tutum eô die fore ab aëris maleficiô. Idem præſtat foliorum pulvis pondere ʒj. ſumptus. Quin etiam Ruſtici, qui jam peſtis contagia ſenſerint, ſi eô variis modis apparatô abunde utantur, & primis diebus ſudorem cieant, tam atrocis morbi periculum declinabunt. Semen in pulverem redactum, vel ſolum, vel cum foliis ſiccis ſumitur pondere ʒj. idque vel cum vinô albô dilutô, vel cum aquâ ex eôdem Carduô elicita: ſudorem movet, ſi ſe in lectô æger aliquandiu contineat, velut & ſal ex totâ plan-

tâ confectus, qui etiam adversus pestilentes morbos efficacissimus habetur. Aquâ ex eô stillatitiâ vinum diluere in omni febre malignâ remedium haut contemuendum est, modo è Carduob. jam maturô prolecta sit vitreô vase. Semen omnibus antidotis & alexipharmacis utiliter commiscetur. Hæc Palmarius.

D. Sennertus de Rep. Med. meritissimus inter ἀλεξιφάρμακα morbis malignis, venenatis & occultis opposita, Carduum sanctum ponit *lib. pr. 6. part. 1. c. 9.* & huic adstipulatur universus Medicorum chorus, quorum plurimos citat Untzerus *antidotar. pestil. p. 1847.* Heinricus Dobbin *de peste:* Pulvis foliorum Carduib. adversus pestem utiliter bibitur ex propriâ aq. stillatit. Lonicerus *part. 2. herbar. cap. 24.* Pulveris Carduib. ʒj. sumpta cum convenienti liquore, expellit omne venenum pestis. H. Augenius *lib. 3. de peste cap. 10.* Carduusb. tollit obstructiones internorum viscerum, adversus pestilentes aliosque venenatos & putres affectus, imprimis efficax, quod iisdem verbis confirmat Fernelius *meth. med. l. 5. c. 21.* Matthiolus *comment. in lib. 3. Dioscorid. c. 9.* Carduusbened. magni nominis, magnæque existimationis planta est, non modo apud Italos, sed etiam exteras nationes, præsertim contra pestem.

Valescus de Taranta *in Philon. suô* Carduib.

duib. ſemen pondere 3ß. omni die ſumere, ex ſirup. acetoſ. vel de ribes, utiliſſimum eſt in peſte. Tragus *l.2. hiſtor. plantar.* Foliorum pulvis, menſurâ corticis nucis juglandis, cum vinô potus, adverſus peſtem, ne noceat, præſentisſimum eſt remedium. Idem præſtant folia in vinô decocta & pota.

Crato *in tractat. de peſte.* Inter herbas adverſus peſtem commendatur & Carduusbenedictus. Maximè præſtat adverſus peſtilentiam. J. Schenckius *lib. 7. obſ. Med. de alexipharmac.* Gualterus Bruel *in praxi.* Succus Carduib. utiliſſimè ſumitur ab infectis. Fumanellus *lib. de peſte cap. 5.* Carduumb. qui cum cibo & potu aſſumſerit, negant contagia quæque experiri. Joh. Dan. Mylius *lib. 6. baſil. Chim. cap. 14.* Carduusb. ſudorem movet, venenis reſiſtit, & peſtilentibus morbis confert.

Heurnius *libr. de peſte & in praxi ſuâ:* Carduusbenedictus peſtiferis febribus dicatus eſt. Carduob. divinâ & cœleſti dote & peculiari antipathiâ conceſſum eſt venenum & peſtem amoliri. Joh. Juvenis *de med. bezoard.* Andernacus. Herba ipſa tam recens, quam ſicca, adverſus peſtem ſingulare præſidium eſt. Ruellius *lib. 3. hiſtor. ſtirp. cap. 55.* & Fuchſius *de ſtirp. cap. 42.* negant peſtis experiri contagia, qui cum vino Carduumb. præſumpſerit. Marſilius *in epid. cap. 10.* Se-

Digitized by Google

mine Carduib. utuntur contra peſtem experimentatores cum vino. Carduusbenedictus ſingulari facultate contra peſtilentes aliosque putres affectus valet. Jacob. Silvius *lib. de med. ſimpl. natur. p. m. 461.*

Carduus ſanctus eſt præſentaneum remedium adverſus peſtem. J. C. Baricellus *hortul. genial. p. 216.*

Atractylidis hirſutioris ſeu Carduibenedicti folia, ſemen, comæ, in cibo & potu ſumptæ, corpora à peſtiferâ lue vindicant: etiam correptis magno ſunt remediô. H. Montuus *haloſ. febr. l. 7. c. 4.* Carduusbened. inſignis eſt in malignarum & peſtilentium febrium curatione. Jeremias Wolderus *in tractatu de ſimpl. comp.*

Tabernæmontanus *lib. 2. ſect. 10. cap. 5.* Pulveriſati Carduib. 3j. præſervat à peſte, expellendo ejus venenum per ſudorem. Idem præſtat & ſuccus ejus bibitus. Lazarus Riverius *prax. med. l. 17. c. 1.* Carduusbenedictus proprietate ſpecificâ venenatam qualitatem oppugnat.

Caſtor Durandes *in hort. ſanitat.* pulveris Carduib. 3j. cum vinô pota efficaciſſimum eſt remedium contra peſtilens contagium, ſi horis 24. ante acceſſum ſumatur. Idem præſtat vinum Carduibenedictinum.

Caſpar. Schwengfeldius *lib. 1. Catal. contra peſtem*, omnisque generis lethalia vene-

na,

na, mirificè pollet interius sumptus Carduus benedictus. Semen ejus utiliter emulsionibus in febribus malignis additur.

Alphonsus Morescot. *de simpl. med.* Pulvis Carduib. datur felici successu contra pestem, quantum de ipso cortice nucis juglandis mensuratur, 24. hor. à correptione, provocatô sudore.

Renodæus *lib. 1. Diss. f. 4. c. 63.* Carduusb. sudorem movet, venenis resistit, ac pestiferis morbis confert. Conf. J. Baptist. Gemmam *de carbunc. pest. p. 254.* David Herlicius *in suo regimine.* Pulvis Carduib. cum aq. convenienti sumptus, omne pellit venenum pestis, si inde sudor sequatur.

Pestilentiam curat Carduusb., si subitò aliquantulum ejus succi vel pulveris bibatur. Alex. Ded. *l. 1. p. 78.* D. Nic. Agerius *pharm. ref. part. 1.* præstantissimum ex Carduob. parari levamen peste correptis, in præservationis & curationis actu docet. Addit, Carduumb. sine intermissione pestis tempore cibo & potui admisceri debere.

Obesis & pituitosis Magnificus, olim de patria nostrâ meritissimus D. D. Rehefeldius, Consul & Physicus hujus urbis quondã celeberrimus, inter alia Carduumb. pestis tempore magnoperè commendat. V. ipsius Medicinalischen Pestanschlag Aô 1626. publicat.

Digitized by Google

R. Mundererus *medic. militar. p. 151.* Carduumbenedictum cum fol. rutæ, rad. petasitid. angelic. Zedoar. pimpinell. decoquit cum ſ.q. vini & aceti, in quo decoctô theriacam vel mithridatium diſſolvit, idque peſte correptis tepidum exhibet.

Folia Carduibenedicti inter alexicaca magnam de ſe præbent exſpectationem. Vid. Nobiliſſ. & Magnif. Rolfincii *meth. ſpecial. l. 9. ſ. 1. c. 4.*

Remaclus Limburgenſis in hiſtor. aquar. Carduibened. aquam ſingulare antidotum contra peſtem eſſe ſtatuit. Aq. ſtillatit. Carduib. contra peſtem ſumitur, Caſtor Durandes. Tabernæmonta. *ſect. 10. l. 2. c. 5.* ▽ Carduib. utilis eſt in omnibus febribus peſtilentibus. J. D. Mylius *cap. 14. l. 6. Baſil. Chim.* Aq. vel decoctum hujus herbæ venena omnia pellit, cujus rei exemplum H. Tragus adducit. Fuiſſe enim puellam quandam, quæ inſcia cum pomô dono datô venenum ederit, moxque corpus ejus inflatum, nec ullis antidotis tumorem ſedari potuiſſe, tandem verô aquâ ſtillatit. hujus herbæ datâ, tumorem ſubſediſſe, atque ſic à veneni malo & periculo liberatam fuiſſe. Idem ex alio refert, puero in campo dormienti, ſerpentem per os hians irrepſiſſe, ac herbæ hujus aquâ exhibitâ per inferiora mox ſerpentem ſeceſſiſ-

ſe,

se, nec quidquam periculi puero inde obtigisse.

Crato laudatissimus trium Imperatorum Medicus in peste & petechiis ex semine Carduiben. emulsionem expulsivam præscribit, quam Vid. supr. *cap. 6.* præprimis autem extractum ejus commendat.

Pulvis Carduib. ad ʒj. cum vino sumptus peste infectis convenit. Greg. Horst. *de plant. Aug. l. 1. s. 6. c. 12.* qui pulvis in tractat. de peste Aô 1624. ex mandato Reverendissimi & Serenissimi Electoris, Dn. Johan. Schweickardi, &c. editô, maximè commendatur. V. D. Mich. Schon. *tractat. de morb. epidem.* Vel detur pulveris sem. Carduib. ℈ij. cum aq. Carduib. ℥iiß. Sumat tepidè æger, & sudet. Garner. *epit. de peste.*

Theriaca Germanorum J. T. Tabernæmontani & Matthioli, cujus vires theriacæ Andromachi non inferiores sibi in peste compertas esse testantur, ingreditur Carduusb. ad Miiij. ut & Orvietanum, cujus supra mentionem fecimus. Hujusmodi est Theriaca Germanorum Monavii *apud Diemorbr. oce. l. 3. c. 5.*

Pulvis Tabernæmontani contra pestem talis est: ℞. pulv. fol. Carduib. ʒj. margarit. ppt. ℈j. smaragd. ppt. ℈ß. cui pulveri nonnulli unicornu verum admiscent. & cum sirupo aceteositatis citri propinant,

Pulverem contra peſtem D. Nic. Ager. *pharm. reform. part. 3. fol. 71.* deſcribit Carduob. inſignem.

Pulvis Felicis Plateri, quô in peſte Annô 1593. graſſante feliciter uſus eſt, hujusmodi fuit:

℞. bol. armen. ver. ppt. ʒß. Corallii ʒij. ſuccin. ʒiß. raſur. ebor. & C. C. ana ʒß. rad. tormentillæ, ʒiß. dictamn. Carlin. pimpinell. angelic. Imperator. myrrhidis ana ʒj. ariſtoloch. rotund. zedoar. cort. limon. caryophyllor. ana ʒß. cinamom. ʒij. ſem. acetoſæ ʒiß. Carduib. angelic. ocym. Coriandr. ana ʒß. ſem. citr. medull. ℈j. croci, ℈ß. roſar. rubr. fol. verben. rut. ſcord. Carduib. ana ʒß. galeg. ʒj. ſpec. diamargar. frig. ʒj. f. Pulvis, cujus ʒj. cum ſacchari ʒj. in formam pulveris vel tabularum, ſaccharô in aq. acetoſ. angelic. roſar. vel Carduib. diſſoluto: vel electuarii, redigi poteſt.

Pulvis cum moſcho ejusdem talis eſt: ℞. rad. angelic. myrrhid. imperator. ana ʒij. tormentill. pimpinell. dictamn. ſcorzoner. vincetoxic. cruciat. morſus Diabol. enul. zedoariæ, galang. ana ʒj. ariſtoloch. gentian. aronis vel ſerpentariæ ana ʒß. ſantal. omniũ, ana ʒj. cinamom. ʒij. lign. aloës ʒß. herb. Carduib. ſcord. meliſſ. ſalv. ana ʒj. rutæ ʒß. herb. ſcabioſæ, verben. acetoſ. lyſimach. flor.

cor-

cordial. ana ʒj. ſem. acetoſ. Coriandr. fœnicul. Carduib. ana ʒiß. citr. ocym. ana ʒß. baccar. laur. juniper. ana ʒij. nuc. moſchat. maceris, ana ʒß. ſuccin. ʒiij. raſur. ebor. C. C. ana ʒj. unicorn. ℈j. lap. pretioſor. ʒj, bezoart. margarit. ana ℈j. bol. ppt. ℈ß. Corallior. ʒß. moſchi, ambræ ana ℈ß. camphoræ ℈j. f. Pulvis.

Pulvis amarus ejusdem: ℞. radic. tormentill. dictamni, gentian. fol. Carduib. ana ʒß. bol. ppt. Corall. r. ppt. ana ʒj. D. cum aq. acetoſæ.

Pro præſervatione contra peſtem Sennertus laudat ſequentem pulverem:

℞. rad. tormentill. ʒj. Zedoar.
herb. ſcord. Carduibenedict. acetoſæ ana ʒß.
ſem. citr. acetoſæ, ana ℈j. C. C. uſt. ppt. ʒß.
terr. ſigillat. Sileſ. ocul. ℔ ppt. bol. armen. ver.
oſſ. de cord. Cerv. ana ℈j. M. f. Pulv.

In peſte Grülingius exhibet pulverem ſequentem:

℞. C. C. uſt. ppt. ♎is Carduib. ana ℈ß.
lapid. bezoar Oriental. g. vij. M. f. Pulvis in aquâ Carduib. propinandus.

Pulvis alius Philippo Ingraſſiæ in peſte Panormitanâ Annô 1565. graſſante commendatiſſimus;

℞.

℞. rad. tormentill. dictamn. Cretic. alb. gentian. ſantal. citrin. pimpinell. Zedoar. rad. Carlin. gran. juniper. ſem. citr. fænicul. aniſ. apii, petroſel. cinamom. opt. herb. ſcord. Carduibened. calam. aromatic. ana part. æqual. f. Pulvis, cujus ℥j. cum ʒj. conſerv. carnis citr. datur infirmo.

Pulvis Joëlis in præſervatione & curatione peſtis talis eſt. ℞. ſcord. Carduibenedict. ſummitat. C.C. debitô tempore collecti & ſuccô ſcord. ppt. ana ʒij. rad. petaſitid. ſem. citr. excorticat. veronic. ana ʒj. Corall. r. ppt. ʒß. f. Pulvis: adduntur flores ♃ris interdum, & cum aceto rut. & aq. Carduib. f. hauſtus. *V. Dunc. Liddel. lib. 3. de febr.*

Ejusmodi ſunt ſpecies contra peſtem. Carduob. conſpicuæ Thom. Jordani, *peſt. phænomen. tract. 3.* Pulveres item antipeſtiferi M. Untzeri *antidotar. peſtil. l. 2.* ut & Pulvis alexipharmacus J. Meſuæ *l. 3. de antidot:* ℞. bol. armen. acetô ppt. ſem. rut. doronic. Carduibened. carab. xyloaloës, ſeric. crud. rad. tormentill. dictamn. tunic. ſcabioſ. croci, ambr. moſch. ſpec. diamarg. frig. ana f. Pulvis, vel cum ſirupô de ribes Opiata. Magis arridet pulvis alexipharmacus Rolfincianus, *meth. ſpec. l. xi. c. 1.* ſemine Carduib. eminens: ut & Gr. Horſtii pulvis bezoarticus ſequens:

℞.

℞. pulv. rad. dictamn. pimpinell. angelic. tormentill. ana ʒj. zedoar. cortic. citr. C. C. uſt. ppt. ana ʒvj. ſem. rut. Carduib. ana ʒij. myrrhæ ʒß. terr. ſigillat. ʒj. ⊖is abſinth. ʒiij. M. f. Pulvis, cujus doſis ϑij. ad ϑiiij. *l. 7. de morb. malign. obſerv. 19.* Talis eſt pulvis Jobi Fincelii *tractatu de peſte.*

Pulvis vitæ apud Bavaros Anno 1606. in peſte uſualis talis fuit: ℞. rad. dictamn. alb. tormentill. valerian. ver. angelic. ſerpentar. ariſtoloch. utriusque, vincetoxic. pimpinell. hirc. gentian. cruciat. zedoar. ana ʒij. been rubr. ʒiß. herb. ſcord. rut. dictamn. Cretic. carduib. ſalviæ utriusque, abſinth. artemiſ. vel ſl. tanacet. ana ʒij. nuc. moſchat. cinamom. ana ʒj. gran. juniper. ʒiij. pulveriſentur omnia ſeorſim ſubtiliter & cribellentur, mixtis deinde adde theriac. opt. ʒvij. temperentur & uniantur cum aceto optimo q. ſ. tandem exſiccentur ad fornacem calidam, ultimò teratur tota maſſa, cui adde iterum terræ ſigillatæ Sileſiacæ ʒij. camphoræ, ʒß. vel ϑj. M. f. Pulvis.

D. G. Budæi pulvis hujusmodi eſt: ℞. rad. tormentil. fol. Carduib. roſar. rubr. ana ʒj. ſem. citr. juniper. ocym. Carduib. ana ʒj. rad. dictamn. zedoar. ana ϑj. Corallor. ʒß. terr. lemn. ſ. bol. puriſſim. ʒiij. ſpec. diamarg. frig. ʒij. camphoræ ϑß. f. Pulvis ſubtiliſſimus, qui vel ſolus exhibeatur, vel ejus ʒj. excepta ſac-

char.

char.coct. & dissolut.in aq. Carduib. ʒij. redigatur in formam electuarii vel tabularum. *Apud eundem Vid. alium pulv. similem.*

Celebris est pulvis Renodæi bezoarticus semine Carduibened. insignis, quem describit *in antidotar. l.3.s.1. c.14.* ut & pulvis Mindereri *tractatu de peste p.237.*

℞. rad. Carlin. Carduiben. dictamn. Cretic. ana ʒij. lap. bezoart. croc. Oriental. ana ℈j. M.f. Pulvis, cujus dosis ʒj. cum aq. Carduiben. Eundem pulverem magnis extollit laudibus J. Castellus Augustanus *tractat. de pest. pag.64.* Probatus est pulvis alexipharmacus D. J. A. Ampsingi in plurimis infirmis Annô 1606. V. Author. *tractat. de peste pag. 51.* Hunc itidem Carduusb. auget.

Pulvis curativus Facultatis Medicæ Marpurgensis 1597. præscriptus talis erat: ℞. rad. pimpinell. tormentill. dictamn. alb. petasitid. gentian. phumagn. ana ʒij. fol. scord. dictamn. Cretic. sem. ocym. Carduiben. ana ʒiß. bol. armen. ppt. terr. sigillat. Turcic. terr. sigillat. Hassiac. ana ℈iiij. cortic. citr. lign. aloës, santalorum omnium, croc. Oriental. Corall. rubr. alb. unicorn. ver. succin. alb. oss. de cord. Cerv. rasur. ebor. margarit. ppt. flor. ♃ris ana ʒj. camphoræ, smaragd. ppt. sapphir. hyacinth. ana ℈i. moschi, ambræ, ana ℈ß. M. f. Pulv. cujus dosis in actu curationis est ʒj. præservationis ℈ß.

J. Quin-

J. Quinterius Antoniacenus *comment. de ratione visit. & Med.* sequentem pulverem in peste efficacem fuisse scribit: ℞. rad. angelic. gentian. cinamom. santal. rubr. zedoar. sem. citr. acetosæ, ana ʒij. ramenti eboris, Carduiben. cortic. citr. ana ʒiß. sacchar. q. s.

D. J. Steinmetz *in instructione pestil. Annô 1599. editâ* pulverem pro plebeiis sequentem habet:

℞. pulv. fol. acetos. absinth. scord. rut. Carduib. scabios. ana ʒj. rad. valerian. emul. campan. olsnit. tormentill. bistort. serpentar. ana ℈iiij. vincetoxic. gentian. pimpinell. polypod. q. ana ℈ij. angelic. opt. dictamn. alb. zedoar. ana ʒiß. sem. acetos. citr. excorticati ana ℈j. rutæ, Carduiben. ana ℈iiß. granor. juniper. ℈iiij. baccar. laur. Nô. vij. sacchar. albissim. ʒv. M. exactè & contera in pollinem. S. **Pulver vor das Gesinde/ oder die Armen.**

Elegantissimum pulverem bez. Carduobenedictô conspicuum describit D. M. Martini *in tract. de peste, Annô 1598. edito*: pulverem pro junioribus ibidem vide talem:

℞. bol. armen. acetô caryophyllatô ppt. C. C. ust. ppt. terr. Lemn. ver. ana ℈ij. sem. acetos. coriandr. ppt. Carduib. citr. excorticat. rut. ana g. xxvij. santal. alb. citrin. margarit. ppt. ost. de cord. C. ana ℈j. rad. tormentill. scabios. dictamn. alb. succin. alb. ppt. ana

ʒß.

ʒß. Corallior. rubr. albor. lign. aloës. seric. crud. tost. ana g. xxv. flor. nymphææ, rosar. rubrar. ana g. xv. spec. diamargar. frig. cordial. temperatar. ana ℈iiß. croci, g. vij. moschi, ambræ, ana g. v. Ex omnibus fiat pulvis tenuissimus.

Electuar. D. Sennert. *lib. 4. de febr. c. 5.* ad præservationem pestis ordinatum hujusmodi est: ℞. rad. angelic. valerian. vincetoxic. tormentill. helen. olsnit. zedoariæ, ana ʒj. dictamn. Cretic. terr. sigillat. Siles. C. C. ana ʒß. Pulverisentur subtilissimè & incorporentur cum roob sambuc. juniper. nucum, mellis despumat. ana q. s. addendo sub finem Conserv. acetos. Carduiben. scord. rosar. ana ℥ß. ♁ è bacc. juniper. ʒß. balsam. ♃ris ℈ß. myrrhæ, ʒj. M. f. Electuarium.

Celebris est antidotus P. Ponæ, quam citat Sennertus *lib. 4. de febr. c. 5. p. m. 453.* Cardui sancti ingressu insignitam.

Electuario seq. Felix Platerus Aô 1582. feliciter usus est: ℞. rad. angelic. imperator. ana ʒij. tormentill. Carlinæ, vincetoxic. pimpinell. mors. Diabol. phu ver. ana ʒj. zedoariæ ʒß. gran. juniper. ʒij. baccar. laur. ʒj. sem. angelic. acetosæ, Carduib. ana ʒiß. citr. mundat. ʒß. fol. rut. Carduiben. ana ʒj. croci, piperis, maceris, ana ʒß. rasur. C. C. & eboris ana ʒj. bol. ppt. cum succ. citr. ℥ß. opii ℈j. f. Pulvis, adde camphoræ ℈ß. nucleor. nuc.

rec. ficuum ana ʒß. ſacchari finiſſimi ʒij. mellis ʒxij. f. Electuarium.

Idem adhuc excellentius electuarium, parat hôc modô: ℞. theriac. opt. ʒiij. rad. tormentill. ſem. juniper. Carduiben. acetoſ. ana ʒij. bol. ppt. ʒß. raſur. eboris, ʒj. Corall. ʒiß. ſpec. diamarg. frig. ʒj. cum ſirup. acetoſitat. citr. f. Electuarium.

Electuarium prophylacticum in peſte, Bartholinus *in ciſtâ med. p. 164.* tale habet: ℞. rad. imperator. Angelic. granor. juniper. ana ʒij.
ſem. Carduib. acetoſ. ana ʒiß.
bol. ppt. cum ſucc. citr. ʒß.
raſur. C. C. diamarg. frig. ana ʒj.
theriac. vet. opt. mithridat. ana ʒj. cum ſirupo acetoſitat. citr. f. l. a. Electuarium. Item hoc *p. 182.*

℞. rad. angelic. domeſtic. imperator. zedoar. ſem. angelic. domeſt. gran. juniper. fol. rut. bol. armen. pinguis irrorati ſuccô citr. & rurſum exſiccat. ana ʒj. cinamom. rad. tormentill. cardopatii ſ. Carlinæ, vincetoxic. pimpinell. morſ. Diabol. phu ver. domeſt. ſem. acetoſ. citr. mundat. Carduib. baccar. laur. fol. Carduiben. croci, C. C. uſt. ana ʒß. piper. long. macerie ana ʒij. f. Pulvis tenuis ex omnibus: ℞. hujus pulveris ʒviij. ʒiij. nuc. jugland. non rancidar. pulpæ ficuum ana ʒij. ſacchar.

finiſſim. ʒviij. mellis puriſſimi cum vino Hiſpanicô deſpumati & decocti ad ſpiſſitudinem ſirupi ℔iij. ſpir. ☉li ℈ij. M. f. Electuar.

Antidotum contra peſtem Wieri *obſerv. varar. l. 1.* tale eſt: ℞. theriac. elect. ʒiij. rad. tormentill. baccar. juniper. ſem. Carduib. ana ʒiß. acetoſæ, citr. ana ʒj. bol. armen. ppt. ʒß. ſpec. diamarg. frig. ℈ij. raſur. eboris. ʒj. ſirup. acetoſitat. citr. q. ſ. f. Conditum in aq. Carduiben. exhibendum.

Electuarium præſervans in peſte Carduob. eminens V. apud J. D. Mylium *baſil. chim. p. 699.*

Felix Platerus *de febr. 171.* theriacæ ʒj. cum ſucc. ſcabioſ. & Carduib. ana ʒj. in vinô diſſolvit & exhibet.

Antidotum auream Hadrianæam V. apud Mynſicht. *ſ. 3. p. 60.*

Electuarium præſervans Magnif. Dn. D. Rolfincius *meth. ſpec. l. 11. ſ. 3. c. 3.* præſc. tale:

℞. electuar. camphorat. ʒvj. pulv. rad. contrayerv. ℈ij. C. C. uſt. ppt. ʒij. ℥nii diaphoretic. ʒß. ☉is juniper. Carduib. ana g. xv. ol. deſt. rut. angelic. ana gt. iiij. camphoræ, ℈ß. ſirup. Carduib. q. ſ. M. S. Præſervier-latwergie.

Opiatam J. Palmarii Carduib. partibus refertam V. *l. 2 de febr. peſt. c. 20.* Liquor omnium

mnium præstantissimus Carduob. insignis, ut & destillatum V. ibidem.

Electuarium præservans pro pauperibus facile paratu à Bavaris Medicis Annô 1606. tale ordinatum est: ℞. Caricar. pingv. Nô 40. vel 50. Coq. in aq. Carduiben. ad pultis consistentiam, exprime per setaceum, adde medullæ nuc. jugland. acetô maceratar. fol. rutæ ana ℥ij. baccar. juniper. rad. tormentill. pulv. vitæ supra descripti ana ℥j. ʘis, ʒij. croci ʒj. cum aceto & melle mixta f. Electuarium.

Opiatam Salomonis D. Jouberti Carduôb. conspicuam V. apud J. Renodæum *antidotar. lib. 3. s. 2. c. 9.* Opiata Petri Drœti pro pauperioribus talis est:

℞. rad. angelic. zedoar. tormentill. gentian. ana ℥j. sem. Carduiben. citr. ana ʒij. hæc in pulverem redacta coque lentô igne ad 2. vel 3. horas: deinde exprime fortiter, expressionem coque cum saccharo ad cõsistentiã opiatæ. Dos. ʒj.

Antidotus contra malignitatem Marcelli Donati *in histor. med. mirab. l. 7.* talis est: ℞. theriac. elect. ℥iij. rad. tormentill. baccar. juniper. sem. Carduiben. ana ℥iß. bol. armen. ppt. ℥ß. spec. diamarg. frig. ʘij. sem. acetosæ, citr. rasur. eboris, ana ʒj. sirup. acetositat. citr. q. f. Exhibeatur in aq. Carduib. q. s.

El. diapetasites *D. Joh. Asveri Ampsingi Rostochiensis Physici*, quô Aô 1606. usus est, describitur *in tract. de pest. p. 33.* ℞. rad. petasitid. ʒvj. zedoar. ʒiij. angelic. tormentill. Carlin. aristoloch. utriusque, ana ʒiß. cort. citr. ʒij. bol. armen. ppt. ʒß. herb. scord. ver. dictamn. rut. Carduib. melissophylli, ana ʒiij. sem. citr. Carduib. baccar. juniper. laur. ana ʒiß. sem. acetos. ʒj. flor. Calendul. ʒiij. oss. de cord. C. C. C. rat. eboris rasi ana ʒiß. margarit. ppt. Corallor. ppt. seric. crud. ana ʒj. Conserv. acetositat. citr. acetosell. rosar. flor. borrag. ana ℥ix. fol. ☉ri Nô vij. sirup. acetositat. citr. vel sirup. acetos. s. q. f. f. Electuarium, magnitudine nucis myristicæ offerendum.

Franc. Joël *in tract. Germanico de peste*. Aô 1591. grassante describit theriacam domesticam, paratu facilem, quæ talis est:

℞. Caricar. pingv. ℥iiij. medull. nuc. jugland. ℥ij. rutæ ℥j. scord. Carduib. tormentill. ana ʒij.

Conscindantur, & vini vel aceti rosati momentô irrorata Misc. datur magnitudine nuc. jugland. dimidiæ.

Electuarium Joh. de Vigo Carduôb. exaltatum describit Dominicus Leonus Lunensis *meth. cur. tum. p. m.*

Electuarium D. J. Schröderi, magnam Carduibened. quantitatem recipiens, describ

bit D. J. Steinmetz *in instructione pestil. Annô 1599. editâ.* Electuarium ex dictamno ejusdem tale est:

℞. rad. gentian. empl. campan. ana ʒiß. tormentillæ ʒj. angelic. ʒx. dictamn. alb. ʒxiv. summitat. Carduib. ʒij. sem. acetosæ, ʒj.

Radices maçerentur acetô per horas 6. & iterum exsiccentur, pulverisenturque. Quibus omnibus adde Conservam borrag. nymphææ, ana ʒij. M. cum sirup. de succ. Carduib. atque oxymel, s. q. f. f. Electuarium., D. in fictil. S. Diptamlatwerge.

Electuarium Basileense superiore seculô usuale describit D. Matth. Martini *tractatu de peste, tale:*

℞. rad. angelic. domestic. imperator. zedoar. sem. angelic. granor. juniper. fol. rut. recent. boli opt. pingvis, irrorati succô citr. ac denuò exsiccati, ana ʒij. cinamom. rad. tormentill. carlin. vincetoxic. pimpinell. morf. Diabol. phu ver. sem. acetosæ, citr. mundat. Carduiben. baccar. laur. ana ℈iiij. fol. Carduiben. croci, C. C. ust. ana ʒj. piper. long. maceris, opii, ana ʒß. Pulverisatis admisce nuc. jugland. non rancidar. pulp. ficuum ana ʒß. sacchar. albissim. ʒij. mellis opt. vinô præstantissimô despumati, & ad sirupi consistentiam decocti ʒxij. spir. ☉li ʒß. f. l. a. Electua-

rium, quod idem ferè est cum superiore Th. Bartholin. paucis exceptis.

Infusum vini contra pestem F. Plateri *de febr. p. 151.* tale est: ℞. rad. tormentillæ, dictamn. succis. pimpinell. ana ʒiß. rad. valerian. imperator. angelic. ana ʒj. rad. serpentar. gentian. ana ʒß. fol. Carduibenedicti, sem. Coriandr. ana ʒj. Cinomom. ʒiij. incidantur & infundantur in vinô albô & paucô acetô vel vinô: bibat infirmus sæpè mane. Ibidem succum Carduib. inspissatum in propria aqua destillatâ propinat.

Potio antipestifera Grülingii talis est: ℞. aq. theriacal. camphorat. ʒß. lap. bezoar. g. iiij. sirup. de scord. ʒj. spec. liberant. ℈j. aq. Carduib. ʒiiß. f. Potio. Rotulas & morsulos V. ibidem.

Spiritus fuliginis quernæ in aq. Carduib. exhibitus, secretum est in peste.

Clariss. Simon. Pauli, *quadripartit. Botanic. class 3.* de Carduob. hæc habet: Pestis tempore & subingruentibus febribus petechialibus, morbillis ac variolis, dici non potest, quantoperè Carduus sanctus prosit: in quem finem essentia & Sal ex eô spagyricè confecta in illius stillatitiâ aqua, eleosaccharo citri, aut sirupo corticum vel acetositatis citri edulcata ægris propinari possunt.

Potest etiam ex medicamentis è Carduob. paratis & conjunctis potio sequens parari:

℞.

Digitized by Google

℞. aq. Carduib. ʒiß. extract. ejusd. g. vj.
ſpir. Carduib. ʒß. ſalis eiusdem ℈ß.
ſirup. Carduib. ʒiij. M. D. S. Schweißtrancklein.

Potio ſudorifera in febribus peſtilentibus à Lazaro Riverio *pr. med. l. 17. c. 1.* deſcribitur talis:

℞. aq. ulmariæ, Carduibened. ana ʒij. ſucci limonum, ʒj. theriac. veteris, ʒß. ℈ij. vel ʒj. prout major vel minor calefaciendi metus eſt. M. f. Potio, ſumenda tepidè, corpus tegendo paulo plus ſolitô.

Decoctum ſudoriferum pro pauperibus tale à Bavaris Medicis ordinabatur Annô 1606. ℞. cortic. interior. fraxin. ʒiiij. rad. bardan. petaſitid. ſarſæparill. ana ʒij. fol. Carduib. M. iij. aq. font. ℔ix. Coque ſ. a. ad medietat. conſumpt. & poſt reſidentiam f. Colatura poſt 12. horas, quæ ſervetur uſui. Doſis ʒiv. cui electuarium quoddam admiſceri poteſt. V. ſupr.

Infuſum prophylacticum Brunneri. *Conſil. p. 419.* tale eſt: pulv. ſcord. ʒij. Carduib. ʒß. terr. ſigill. Sileſ. ʒiiß. C. C. uſt. ʒiß. nuc. vomic. ℈iij. ſalis abſinth. Carduib. angelic. ana ℈ij. ℔nii diaphoret. ʒß. aq. Carduiben. ſcabioſ. ana ℔j. acet. lil. conval. ʒiv. theriac. Andromach. ʒiiß. M. S. Schweißwaſſer.

Sæpè laudatus Felix Platerus *de febr. p. 177.*

ex ſucco acetoſæ, borrag. pomor. redolent. ſcabioſ. ana ʒiß. aceti roſar. ʒß. aq. Carduib. roſar. ſcord. ana ʒiiij. cum ſ. q. ſacchari julebum parat, quem ſantalis aromatiſ. addendo camphoræ g. v.

In aq. Carduiben. ſ. q. bezoarticum minerale & animale cum ſale ſcordii & Carbuib. probè mixta antidoti locô exhiberi poſſunt.

Præcipitati Solaris g. iij. vel 4. cum extracti Carduib. ℈ß. mixta in aqua Carduib. propinantur. D. J. Ebelin. *In Idæa loimod.*

Isbr. Diemerbroccius *de peſte l. 3. c. 5.* ſequentem hauſtum commendat: ℞. extract. Carduib. rut. ſalis Carduib. ana ℈ß. ſal. ſcord. ℈j. theriac. Andromach. diaſcord. Fracaſtor. ana ʒß. aq. theriacalis, aceti bezoart. ana ʒj. M. f. Hauſtus.

Item. ℞. ſalis Carduib. ʒß. aq. theriacal. ʒij. ſucc. citr. ʒß. M. f. hauſtus.

Item: ℞. radic. petaſitid. angelic. helen. ana ʒj. herb. rut. Carduib. ſcord. ana Mß. vin. alb. q. ſ. coq. ſ. a. Hujus colaturæ ℞. ʒij. vel ʒiij. ſalis Carduib. ℈j. theriacæ, ℈ij. f. Hauſtus.

Apozemata curativa, quæ Carduumb. recipiunt, *v. ibidem.* Idem *l. 4.* ſeq. hauſtum cuidam puellæ cum magno levamine præſcripſit: ℞. extract. Carduiben. ☉is abſinth. ana ℈j. ſal. Carduib. ℈ß. theriac. Andro-

dro-

dromach. ʒj. aq. theriacal. & Carduib. ana ʒj. ol. ☉li gt. xv. M. f. hauſtus. Ad ſitim propinat ſequens julapium: ℞. aq. Carduib. ℔j. ſcabioſ. acetoſ. ana ℔ß. ſirup. de ſucco citr. ʒij. ol. ☉li q. ſ. ad grat. acor. M. f. Julebus. Plurima alia ex Carduob. V. apud eundem in hiſtoriis curationum ferè omnium.

Potum in febribus malignis valde utilem, & paratu facilem V. apud J. Palmarium, *l. 2. de febr. peſt. c. 16.* ℞. aq. ſimpl. cum ʒij. ſcobis C. C. coctæ ℔iij. aq. Carduib. ℔iß. ſacchar. ʒiij. cinamom. ʒj. ſucci limonum ʒiß. Coletur.

Prægnantibus inſervit potio ſudorifera, ſequens:

℞. ſirup. de limon. ʒiß. aceti bezoartic. ʒß. aq. fœnicul. pimpinell. Carduib. ana ʒj. ſpec. diamarg. frig. ʒj. rotul. man. Chriſt. perlat. ʒij. M. f. Potio. V. Hartmannus *de curatione peſte infectorum p. m. 593.*

Oxymel Carduibenedicti commendat in præſervatione peſtis Duncan. Liddelius *lib. 3. de febr. tale;*

℞. aq. Carduibenedicti part. iij. aceti & ſucci acidi citri ana part. j. cum mellis q. ſ. aromatiſetur pulv. cinamom. lign. aloës, &c.

Aquam vel potius hauſtum pro gravidis Nobiliſſ. Rolfincius *meth. ſpecial. lib. 11. c. 12. ſ. 2.* præſcribit talem: ℞. aq. Carduib. ʒiij.

acetos. ℥ß. aceti caryophyllat. ʒij. rad. pentaphyll. ʒiß. tormentill. ʒj. zedoar. ʒß. Incisa & contusa bulliant unâ atque alterâ ebullitione: in colaturâ dissolve mithridat. elect. ℈ij. spec. liberant. s. aloë, elect. de gemm. ana ℈ß. M. f. haustus. D. S. Giftwasser für Schwangere.

Ubi sitis peste correptos valdè urget, Crato sequentem Julebum præscribit: ℞. aq. Carduib. scabios. acetos. borragin. ana ℔ß. sirup. è succ. Carduibened. è cort. citr. acetositat. citr. ana ʒj. camphoræ, g. iij. M. f. Julebus.

F. Reineccerus *in thes. Chim. l. 6.* oleum Vitrioli cum aq. Carduib. pro præservatione pestis exhibet.

Poppius *lib. 2. de prap. med. Chim.* spirit. terræ sigillatæ ℈j. cum aq. Carduib. contra pestem propinat.

Emulsionem sudoriferam Excell. Th. Bartholinus *in cist. med. cap. 3.* talem habet: ℞. aq. Carduiben. ʒiiij. sem. citr. ʒiß. nap. ʒj. terr. sigillat. ʒß. sirup. è succ. scabios. ʒj. M. D. S. Schwitzmilch.

Emulsionem diureticam in peste talem habet Duncan. Liddelius *lib. 3. de febr.* ℞. sem. napi, Carduib. ana ʒiß. melon. ʒiij. citr. excorticat. ʒß. cum aq. Carduibened. & scabios. ana q. s. f. emulsio, vel man. Christi perlatis vel sirupô limonum dulcoranda.

Ex-

Extractum seu antidotum contra pestem V. apud M. Untzerum *l. 3. de peste.* Extractum compositum contra pestem V. supra *cap. 6.*

Rotulis M. Untzerus *tract. de peste l. 2.* utitur sequentibus: ℞. extract. scord. & Carduib. ana ʒj. ol. angelic. ℈j. sacchar. in aq. rut. dissolut. q. s. f. l. a. rotulæ. *V. c. 6.*

Morsuli ex omnibus ferè Carduib. partibus conjunctis tales conflari possunt:

℞. Conserv. Carduibened. ʒiß. pulv. ejusdem ℈iiij. extract. Carduibened. g. xv. sacchar. albissim. in aq. Carduibened. propriô Sale essentificat. q. s. dissolut. ʒiiij. in fine insperge flor. Carduib. tenerior. exsiccat. ℈ß. vel ℈j. & adde ol. stillat. Carduib. gt. iij. f. l. a. Morsuli.

Ad eundem modum rotulæ concinnari possunt: Sunt enim non pauci, quibus hic in præscribendis remediorum formulis modus, quantumvis simplex, vehementer arridet. *V. Paracels. tom. 1. lib. 4. c. 10.*

J. Hebenstreit, Medicus olim Erfurtinus commendat in peste sequentes morsulos: ℞. spec. diambræ, diamosch. dulc. aromatic. rosat. diarrhod. ana ʒj. spec. liberant. s. aloë, confect. cordial. ana ℈ij. rad. dictamn. tormentill. zedoariæ, ana ʒj. bol. armen. ver. ppt. croc. ana ʒß. cinamom. cortic. citr. ana ʒii. doronic. Carduibenedict. caryophyllor. off. de cord. Cerv. nuc. vomic. unicorn. ana

ana ℈j. camphoræ, ℈ß. facchar. alb. diſſolut. in aq. roſar. moſch. q. ſ. f. l. a. Morſuli.

Sirupum Felix Platerus *de febr. p. 168.* talem parat: ℞. rad. angelic. tormentill. dictamn. pimpinell. cruciat. ana ℥j. imperator. zedoar. ana ℥ß. fol. Carduiben. verben. rutæ, chelidonii, calendulæ cum floribus, ſalviæ ana aridor. ℥ij. gran. iuniper. ℥ij. baccar. laur. ℥iß. f. decoctio in vino, colatur. adde facchar. quart. j. decoquantur in formam ſirupi. Capiat ℥j. per ſe vel diſſol. in aquis convenientibus.

Sirupus contra peſtem M. Untzeri *l. 2. antidotar. peſtil.* talis eſt: ℞. ſucc. ſcord. depurat. ℔iij. ſucc. limon. depurat. ſucc. ſcabioſ. ana ℔j. in quibus macerentur rad. angelic. ℥iß. zedoar. ℥vj. fol. dictamn. Carduiben. ana Mj. rutæ Pj. Conſerv. flor. bugloſſ. helen. & roſmarin. ana ℥vj. cinamom. ℥ij. croci, ℈j. Omnibus in matracium inditis, fiat digeſtio in B. M. per 2. aut 3. dies; deinde exprimantur, & cum albumine ovi clarificentur. Hæc digeſtio ſemel adhuc repeti poteſt, & expreſſio fiet nobilior. Huic ſucco ita depurato addatur ſacchari ſ. q. & f. ſirupus: de quo datur cochlear j. cum aq. Carduib. vel ulmar. ad præſervationem & curationem peſtiferæ luis. Talem ſirupum invenies apud D. G. Budæum *tract. de peſte pag. 299.* Mündererum *tract. de peſte p. 236.*

Siru-

Sirupum ſcordii compoſitum Carduobē-ned. inſignem, admirandis in affectibus venenatis præditum virtutibus *V. in pharm. dogm. reſt. Querc. l. 1. cap. 12.*

Salia ſua Chimici extollunt in peſte, quorum omnium anteſignanum eſt Sal Carduib. in propria aquâ ad g. x. xij. usque ad ℈j. exhibendum. *Hæfer. Herc. Med. l. 2. p. 94.*

Ut putredo peſtifera inhibeatur, febri malignæ reſiſtatur, incendiumque viſcerum extinguatur, præſcribit ſæpè laudatus Sennertus mixturam ſequentem: ℞. aq. Carduiben. acetoſæ, ſcabioſ. ana ℥iij. roſar. ℥ij. cinamom. ℥j. ſucci citri, granator. ana ℥ij. extract. croc. ℈ß. ſolut margaritar. Corallor. C. C. ana ℈j. Confect. alcherm. ℈ij. M.

Mixtura bezoartica Phil. Grüling. *lib. pr. 5. part. 2.* hujusmodi eſt: ℞. extract. carnis viperin. ℥ij. magiſter. Solis, quod paratur ex calce Solis edulcorata, & commixtâ cum ambrâ, moſchô, & magiſteriô perlar. ℈ij. lapid. bezoartici ℥ß. diſſolut. in S. V. & eôdem iterum abſtractô add. ſucc. rad. Carlin. recent. condenſat. ſucci Carduibenedict. ſucci ſcord. inſpiſſat. ana ℥i. ol. angelic. ſuccin. zedoar. juniper. ana gt. vj. f. horum mixtio, & ſervetur in pyxide argenteâ inauratâ ad uſum. Doſis ℈ij. plus minusve.

Mixtura contra peſtem Rolfinciana: *Chim. in art. form. redact. c. 11. p. m. 267.*

℞. mix-

℞. mixtur. ſimpl. diaphoretic. ℥iiij.
eſſent. granor. juniper. vinô Malvaticô parat. angelic. rutæ, ſcord. meliſſæ, carduiben. gentian. ana ℥j. croci ℥ij.
ſpir. C. C. cum ⊖e volatil. ℥j. lign. ſanct. eben. rectificat. ana ʒij.
ſirup. acetoſitat. citr. ſcordii, Carduibened. ceraſor. & caryophyllor. ſcorzoner. ana ℥v.

Stent in digeſtione horarum 24. aſſerventur in vaſe in quo ſuſpendatur nodulus ambræ ♃ß. moſchi ♃j. Eſt alexiterium illuſtre. Dantur ʒij. ʒiij. in vinô ad præſervationem, in aqua ſcordii ad curationem.

Mixtura ſudorifica Catholica ejusdem.

℞. miſtur. ſimpl ♁lat. ♃riſat. theriacal. camphorat. ℥j. ſpir. lign. ſanct. acid. ℥ß. quern. acid. rectificat. ʒvj. corylin. ℥ß. ſirup. Carduib. ſcord. acetoſitat. citr. perlat. ana ℥ij. M. Doſis Cochl. j.

Mixturas alias bezoarticas duas V. apud. M. Untzerum *de lue peſtif. l. 3. p. 1639. & 40.* quarum poſtrema eadem eſt cum ſupra memoratâ Grülingianâ. Plures alias mixturas antipeſtiferas Carduobenedictô eminentes V. apud M. Untzer. *antidotar. peſtil. l. 2. ſ. 5.*

Tinctura compoſita alexipharmaca Rolfinciana.

℞. rad. contrahiervæ, ſcorzoner. zedoar. imperator. biſtort. acor. ver. tormentill. angelic.

Digitized by Google

gelic. vincetox. ireos flor. dictamn. alb. palm. Christ. ana ℥j.
herb. scord. nostrat. rut. ana Mij.
sem. anis. fœnicul. ana ℥j. Carduib. Mariæ ana ℥ß.
citr. baccar. herb. Parid. ana ℥j.
flor. rosar. rubrar. Calendul. caryophyll. hortens. flor. plen. ana Mß.
lign. santal. rubr. ℥ß.
galeg. Mß. cinamom. caryophyllor. macis. ana ʒiij.
theriac. mithridat. ana ℥iij.

Contusa contunde, & mistis omnibus superinfundatur spir. vin. ex fecibus destillat. q.s. ad justam supereminentiam : coloratus in leni digestione spiritus in peculiari vase asservetur. Post decantationem, novus spiritus affundatur : iterum defundatur, & priori jungatur : tandem

℞. mistur. simpl. ☉l. ♀. theriacal. camphorat. ℥v.

Permista prioribus colentur per linteum subtile. collectus spiritus omnis leniter exhalat. S. ut supra. *Vid. Chim. in art. form. redactam l. 3. s. 3. c. x p. 198.*

Hujus generis est Tinctura bezoartica, Excellentissimi quondam Poliatri ac Chimici D. J. Michaëlis.

Celeberrimus Thomas Bartholinus *in-*

cista

tiſta Med. p. 491. mixturam ſudoriferam ſequentem laudat:

℞. Electuar. dialſcord. ℥ß. ſirup. Carduib. ℥vj. aq. ſcord. Carduibened. ana ℥iſß. analept. Ruland. ℥j. M.

Celebria ſunt in curationis & præſervationis actu Elixiria Tychonis Brahenſis, peſtilentiale Crollii, quæ in aq. Carduib. exhiberi poſſunt.

Elixir vitæ Budæi, quod deſcribit *tractatu de peſte cap. 9. tale eſt:*

℞. cinamom. opt. ℥ i. ſcord. roſar. rubr. lign. aloës crud. ana ℥ij. macis, Cardamom. utriusque, caryophyllor. nuc. moſchat. galang. ana ℈ij. ſantal. citrin. rad. angelic. ana ℥j. Coriandr. ppt. ſem. aniſi. ana ℥ß. gran. juniper. ſem. Carduib. ana ℈j. moſch. g. xx. vin. ardent. rectificat. ℔iiij. ſtent in infuſione per 15. dies: poſtea Coletur. Colatur. adde miv. cydon. ſirup. è cortic. citr. ana ℥vj. M. & filtra.

Electuarium de baccis juniperi habet Chriſt. Wirſung im Artzneybuch *part. 6. c. 15.* ℞. nucleor. nuc. juglend. baccar. juniper. ana ℥ij. probè contuſis adde mellis deſpumati ℥iiij. cinamom. zz. macis, caryophyllor. ana ℥j. rad. dictamn. alb. tormentill. zedoar. cort. citr. rutæ, Carduib. hyperic. ana ℥ß. gran. paris, aloës, Coriandr. ppt. angelic. been rubr. bol. armen. terr. ſigill. ana ℥j. M.

Arca-

Arcanum Martini Stellingii contra peſtem tale eſt:

℞. ſalis perlar. Corallor. ana ʒß. abſinth. Carduiben. ſalis cinnamom. ana ʒj. theriac. Andromach. ʒiij. Conf. Alcherm. ʒß.

electuar. de ovo, ʒij. probè commixtis adde flor. ♃ris, ʒß. extract. juniper. tormentill. ana ʒß.

terr. ſigillat. C. C. phil. calcinat. ana ʒj. oſſ. de cord. Cerv. ʒß. Mixtis exactè adde ℥ ſtillatit. cortic. citr. cinamom. ana ʒß.

Aſſerventur in pyxide ad uſum. Doſis hujus arcani eſt, quantum capit cultelli cuſpis in aq. Carduibenedicti. Sed nimia quantitas oleorum ingredi videtur hoc compoſitum. Aliam antidotum *V. ibid. tractat. de peſte pag. 49.*

Extractum cardiacum majus pro magnatibus, item aliam antidotum majorem pro magnatibus Vid. apud Quercetanum *in peſtis alexicac. pag. 302. 306.* Antidotus cardiaca minor ejusdem minoris impenſæ talis eſt:

℞. ſucc. ſcord. rut. caprar. Carduib. ulmar. ana ʒiiij. Omnes iſti ſucci indantur in alembic. vel matrac. vitr. cap. digerantur in B. M. & poſtea materiam eorum craſſam & terreſtrem, ſ. feces in fundo reſidentes, à tenuiori & puriore ſubſtantiâ ſeparando, de-

purentur, juxta artis præſcriptiones à nobis ſupra conſtitutas. Super ℥x. prædictorum ſuccor. benè depurator. adjiciantur rad. angelic. zedoar. dictamn. cortic. citr. ſem. Carduib. acetoſ. ana ℥iß. cinamom. myrrhæ, ana ʒvj. croci, ʒij. camphoræ, ʒj. omnia minutim contundantur, & cum dictis ſuccis permiſceantur, deinde in B. M. per duos vel ℥. dies digerantur, digeſta poſtea ſub prælô fortitor calidè exprimantur, & expreſſioni iterum adjiciantur theriac. optim. ℥j. confect. de hyacinth. & alcherm. a. ℥ß. perlar. ppt. C.C. ppt. ſpec. diambr. & de gemm. ana ʒiß. omnia iterum per 2. aut 3. dies in B. M. digerantur, dein liquor omnis per alembicum ad ignem balnei vaporoſi eô usque deſtilletur, donec materia in fundô remaneat, atque ſubſideat in formam mollis opiatæ. Sic enim antidotum admodum excellens præparabis, cujus doſis ℈j. ad præſervationem peſtis, ad curationem verò ʒß. vel ʒj. in aquâ quâdam alexipharmacâ.

l. 4. de febr. c. 11. In febribus peſtilentibus & malignis D. Sennertus efficaces & præ aliis penetrantes eſſe ſcribit aquas deſtillatas, quas ſuccus & folia Carduiben. ingrediuntur:

℞. ſucci ex foliis recentibus & viridibus galegæ, verbenæ, borragin. ſcord. meliſſ. Calendulæ, acetoſæ, Carduiben. plan-

plantag. è rof. incarn. ana ℔j. limon. maturor. ſ. citr. ℔ij.
acet. rub. id. rutæ, ana ℔j.
ſem. citr. recent. ℥j. portulac. ℥ß.
flor. nymphææ alb. recent. ℥iiij.
Cortic. fraxin. recent. manipul.

Pulveriſanda pulveriſentur, & infundantur per triduum in ſuccis prædictis, poſtea deſtilla ſ. a. per organa vitrea. Ibidem V. aliam aq. cum Carduô b. ut & ſeq. ℞. ſucc. citr. acetoſ. endiv. galeg. taraxac. borrag. ana ℔iß. carduib. cardui Mariæ, ſcord. ſcabioſ. roſar. provincial. ana ℔j.
pomor. citr. cum cortic. & ſem. conciſor. Nô vj. raſur. C. C. crud. ℔ß. ſtent in infuſione per horas 24. poſtea deſtillentur.

Talis eſt aqua ad febres ardentes Quercetani *pharm. dogmat. reſtit. lib. 1. c. 7.* ut & aqua bezoartica Mart. Stelling. *p. 58.* ℞. herb. Carduib. Mj. rad. enul. zedoar. Imperator. carlin. dictamn. alb. angelic. ana ℥j. gentian. pimpinell. tormentill. ſantalor. omniũ, ana ʒvj. petaſitid. ſerpentar. valerian. ana ℥j. Inciſis groſsô mod. adde moſch. opt. ℈j. gr. v. camphoræ, ℈iiß. theriac. mithridat. ana ℥iiß. ſpir. vin. Menſ. iiij. ſtent per dies 4. poſtea deſtillentur igne lentô, & ſerv. pro uſu. Doſ. Cochl. j. mane & veſperi in aq. Carduibenedicti.

Digitized by Google

Aquam bezoarticam V. ap. Matthiolum, & Hartmannum *pr. Chim. p. m. 32.*

Aqua bezoartica Crügneri.

℞. radic. leviſtic. pimpinell. enul. tormentill. ana ℥ij. flor. hypericon. ſambuc. Calendul. ana Mj. baccar. juniper. ſem. acetoſ. ana ʒvj. ſucc. ſcabioſ. bugloſſ. Carduib. meliſſ. ana ℔iij. deſtillâ ſ. a.

Aquam theriacalem aliam V. in pharmacopœâ Ambſtelredamenſi *p. m. 13.* item apud J. D. Mylium *baſilic. Chim. lib. 6. p. 891.* D. Brunnerum, *Conſil. 42. p. 234. it. Conſil. prophylactic. tempore peſtis p. 418.* Quercetan. *pharmacop. dogmat. reſtitut. lib. 1. c. 7.* Elegans eſt aqua theriacalis Duncan. Liddelii *l. 3. de febr. c. 5. p. m. 236.* Hanc Carduusb. & ipſius aqua maximam partem conſtituunt. Maximarum virium in peſte eſt Aqua Solis Thom. Jordan. de peſtis Phænomen. *tract. 3. p. 519.*

℞. majoran. ſalviæ, abſinth. fol. laur. ana Mj. Carduib. granor. juniper. ſulphuris viv. ppt. ana ℥iiß. radic. tormentill. valerian. ſerpentar. diptamn. gentian. morſ. Diabol. ana ℥ij. cinamom. ℥iß. caryophyllat. zedoar. angelic. vincetoxic. enul. ana ℥j. rad. liquirit. ʒx. flor. borrag. bugloſſ. violar. ana ℥ß. pomor. aurant. integror. Nô iij. baccar. laur. ℥iij. ſem. aniſ.

fœni-

fœnicul. Coriandr. ppt. ana ʒiiß. nucis vomic. ſantal. citrin. zz. nucis moſchat. macis ana ʒij. lign. aloës ʒß. piper. long. granor. paradyſ. ana ℈iiij. Inciſa & contuſa infundantur in aq. vitæ ℔. viij. Malvatici ℔. vj. per dies 14. Poſtea cola & exprime. Expreſſioni adde theriacæ, mithridat. ana ʒijß. trochiſcor. de camphorâ, ʒiiß. deſtill. lentô igne ſ. a. Factâ deſtillatione imponantur ſequentes ſpecies: ℞. rhabarbar. elect. ʒiiß. ſpec. electuar. de gemm. diambr. diamoſch. dulc. diamargariton. ana ʒj. ambræ ℈ß. moſchi g. iiij. fol. auri Nô xx. ſpicæ, ſquinanth. ana ℈ß. ſacchar. Cand. ſi dulcis eſſe debet, ʒiiij. reponatur in vitrum & ſervetur uſui. Doſis communis eſt ʒß.

Aquas theriacales M. Untzeri *V. l. 3. & antidotar. peſtil. l. 2. ſ. 5.* Aquam Mindereri contra peſtem, quam ſuccus Carduib. nobilitat Vid. apud Senn. *lib. 4. de febr. c. 6.* In curationis actu Felix Platerus inter aquas ſelectiores & probatas hanc habet *l. de febr. p. 165.*

℞. ligu. guajac. ℔ß. rad. angelic. imperator. gentian. ana ʒj. ireos, zedoar. ana ʒß. fol. Carduib. rutæ, ſcord. ana Mij. ocym. Mj. poma limonia inciſa Nô vj. deſtillentur ter: quantitas ʒß. Alias efficaces aquas ejusdem Authoris *V. p. 166. 167.* quarum poſtrema in

peſte Anni 1594. tantum profeciſſe deprehenſa eſt, ut multi eâ fuerint reſtituti:

℞. radic. tormentill. bardan. pimpinell. ſuccif. phu ver. hortenſ. recentium, ana ℥iiij. rad. imperator. angelic. dictamn. alb. gentian. ſerpentar. ſiccar. ana ℥j. cæpar. recent. excorticatar. nucum recent. nondum plenè maturar. ana ℥vj. fol. rutæ, acetoſ. Carduib. recent. ana Mij. incidantur omnia, addendo camphoræ ʒiß. diſſolutis in aq. vit. ℥j. adde mithridat. ℥ ß. vin. alb. præſtantiſſim. M ß. acet. roſat. ℥ij. eliciatur aqua, cujus doſis ſumma ℥ij. eſt: cui ſirup. acetoſ. ſimpl. vel de limonib. in delicatioribus utiliter permiſcentur.

Aquam theriacalem Magnif. Rolfincii foliis Carduibenedicti dotatam *V. in merh. ſpec. l.n.ſ.2. c.11.*

Aqua Apoſtolorum

ejusdem contra malignitatem talis eſt loc. citat.

℞. fol. ſcord. Carduibened. acetoſæ, Cardui Mariæ, cichor. ſcabioſ. rutæ, ſalviæ, ſumar. puleg. ana M. viij. galeg. M.v. Calendul. c. flor. Mxiij.

Sint plantæ & radices recenter collectæ, conciſæ parum humectentur & deſtillentur.

Aqua ſudorifera loco magni ſecreti contra

tra peſtem Diemerbroccio communicata talis eſt:

℞. rutæ virid. meliſſ. ana ℔ß. abſinth. ſicc. conſciſſ. ac nonnihil contuſi, Carduiben. ſicc. ana ℔ij. aq. communis, q. ſ. Macerentur & ſtent in infuſione propè ignem per decem vel 12. dies, quotidiè baculô ligneô bis terve agitando: poſtea deſtillentur. Ex fæcibus autem combuſtis, una cum menſtruo reſiduo prius exſiccatis, extrahatur ſal: cujus ſalis defectu poteſt ſimile ſal compoſitum fieri, ex ſale abſinthii, meliſſ. Carduib. rutæ, ana part. æq. ſimul miſtis.

Hâc aquâ ita uſus eſt: ℞. hujus aquæ ℥ij. ſalis dicti, ʒß. ol. vitriol. gt. 12. aut 15. M. f. hauſtus. Aliam fortiorem V. ibidem, quam ſimiliter Carduusb. ingreditur. Talis eſt aqua theriacalis Langii & Bauderoni apud eundem *l. 3. c. 5. de peſte*. Aquam Leidæ uſualem *V. ibid.* ut & infuſiones Carduob. inſignes.

Aquam mithridaticam V. apud G. Horſt. *l. 7. de morb. contag. obſ. 28.*

Stillatitius liquor contra venena Ambroſii Paræi, quem pro tertiô Æſculapii filio poſteritas agnoſcit, ut Petrus Droetus cenſet *conſil. de peſt. l. 21. de peſt.* ejusmodi eſt:

℞. rad. gentian. & cyper. ana ʒiij. herb. Carduib. pimpinell. ana Mj. morſ. Diabol. ſem. oxalid. ſilveſtris ana Pij. bac-

car. hederæ & iuniper. ana ℥ß. flor. bugloss. violar. ros. rub. ana Pij. crassiuscule pulverisentur omnia: inde madescant per noctem in vin. alb. & aq. rosar. tum addatur boli armen. ℥j. theriac. ℥ß. destillentur omnia in B. M. servetur stillatitius liquor in phialâ fideliter obturatâ. Capiat æger ℥vj. cum sacchar. cinamom. & croci tantillô.

Aqua sudorifera temperata pro pueris in Bavariâ Annô 1606. præscripta talis erat. ℞. rad. gramin. ℥ij. sem. citr. fœnicul. malon. ana ℥j. sem. santonic. rad. angelic. pimpinell. tormentillæ, ana ℥ß. scord. dictamn. Cretic. ana ℥iij. fol. scabios. veron. ana Mß. cinamom. acut. ℥ß. Concisis & contusis affunde vini albi, aq. Carduibenedicti ana ℔iiij. diger. per 3. dies & destilla.

Aqua theriacalis omnium præstantissima, est J. Renodæi in appendice descripta.

Chylostagma diaphoreticum Mindereri succô Carduib. exaltatum *V. in tract. de pestep. 232.* ut & ejusdem aq. contr. pestem *p. 238.* Aquam theriacalem P. Drocti *V. in consil. nov. de pestil.* Idem scribit, sibi cognitum fuisse Chirurgum quendam H. Flandrum nomine, qui in Angliâ innumeros solô sale praxini ad gr. xij. in aq. Carduib. exhibitô curasset. Hæc incidenter.

Exi-

Eximia est insuper aqua bezoartica D. M. Martini, Medici Anhaltini, quam describit *in regimine pestis Annô 1611. editô.* Efficax est aqua bezoartica ejusd. ex succis: ℞. succor. depurator. scord. Calendul. ana ℔ß. galeg. chelidon. major. scord. scabios. ana ℥iij. rutæ hortensis, salviæ, Carduib. veronic. ana ℥ij. aceti caryophyllat. ℥ß. theriac. Andromach. mithridat. ana ʒß. post maceratio-nem justam destillentur in diplomate.

Aquam præservantem à peste, Carduob. insignem D. J. Steinmetz. *vid. in instructione pestilenti Annô 1593. Lipsiæ editâ,* quæ elegantissima est: ibidem vide aquam mithridaticam & theriacalem D. J. Schröteri.

Optima est aqua sudorifera D. M. Martini, *tract. de pest.* Annô 1598. ℞. rad. angelic. tormentill. morsus. Diabol. ana ʒvj. zedoar. petasitid. ana ℥ß. fol. scord. verben. scabios. ana Mß. Carduiben. pentaphyll. chelidon. fumar. Calendul. ana Mj. acetos. cichor. ana Mß. sem. citr. Carduiben. melliss. ana ʒiij. croc. Oriental. ʒij. theriac. Andromach. ʒx. Conserv. flor. borrag. acetosell. ana ℥iij. anthos ℥j. cortic. citr. ʒiij. Incisis & contusis herbis ac radicibus adde salis commun. Mß. postmodum affunde succi vel aq. Carduib. scabios. ana ℔iiß. galeg. acetosæ, acet. acerrim. ana ℔j. & fiat in vase vitreô diligens omnium per arenam destil-

latio, in qua nodulus subsequens infundatur, qui ℞. zedoar. ʒiij. camphoræ ℈j. croc. ℈j. Confracta sindone excipiantur.

Pro avertendâ & præcavendâ peste Nobilissimus Præses noster *in hier. picr. p. 92.* nodulum offert sequentem: ℞. Comar. absinth. dictamn. Cretic. ana Mß. scord. Carduiben. ana Mj. cortic. citr. ʒß. zedoar. ʒij. rad. pimpinell. ʒß. helen. ʒij. suspendatur in vinô, unde quôvis mane sumatur haustus.

Talis ferè est infusio Martini Stellingii: ℞. rad. tormentill. chelidon. angelic. ana ʒij. herb. Carduib. veronic. scabios. pimpinell. salviæ, rutæ, ana Mj. baccar. juniper. ʒiß. caryophyllor. ʒß. nuc. jugland. enucleat. Nô xx. cortic. citr. ʒiß. incisis grosso modô affunde vini q. s. stet per dies octo. Dosis cochlearia aliquot.

Epithema sequens cordi & epati in peste admovendum laudat Nicol. Piso *lib. 1. de febr. c. 16.* & J. Hollerus *l. de pest.*

℞. aq. bugloss. Carduib. scabios. ana ʒiij. aceti rosat. ʒij. electuar. de gemm. ʒß camphoræ & officuli cordis Cervin. ana ℈j. theriac. veter. mithridat. ana ʒj. croci Oriental. g. iij. Misce omnia pro fomento cordis tepido cum spongiâ, vel linteolò molli, vel pannô scarlatô.

Aliud minoris apparatus describit Tussanus Ducretus *de febr.* & Christoph. Wirsung.

Arte-

Artzneyb. *part.6. cap.16.* ℞. aq. acetos. Carduib. ana ʒij. rosar. ʒiiij. acet. caryophyllor. ʒj. spec. de gemm. frig. ʒß. croc. oriental. g. ij. camphoræ, g. v. vin. malvatic. ʒß.

Aliud Laz. Riverii *prax. Med. l. 17. c. 1.* ℞. aq. scabios. Carduibened. ana ʒiiij. naphæ, ʒij. Conf. alcherm. ʒij. spec. diamarg. frig. ʒj. croci, camphoræ, ana g. vj. f. epithema tepidè & frequenter cordis regioni applicandum. Simile V. apud Dunc. Liddelium *l. 3. de febr. c. 6.* Decoctum, quô pedes, inguina, axillæ & latera cum spongiis in peste ad meliorem sudorem foventur, Isbr. Diemerbroccius *p. 228.* tale habet:

℞. rad. angelic. gentian. ana ʒij. fol. betonic. majoran. scabios. scord. meliss. ana Mj. centaur. minor. Carduibenedict. ana Miß. flor. aneth. chamomill. melilot. stœchad. calendul. ana Mj. baccar. laur. juniper. sem. Carduibened. ana ʒj. f. decoctio in aq. commun. addendo sub finem parum vini albi.

Sacculum H. Capivaccius *pr. l. 6. de febr. cap. 37.* describit talem: ℞. myrrhidis, dictamn. Cretic. lign. sassafras, Carduiben. lign. aloës, zedoar. pimpinell. cortic. citr. ana ʒij. croc. ℈ß. galliæ moschat. moschi odorat. ambr. odorat. ana g. v. M. f. culcitra vel sacculus regioni cordis & jecinoris applicandus, & continuô gestandus.

Chri-

Christoph. Wirsung. *part. 6. c. 15.* infusum sequens in ipsâ peste mirificè extollit: ℞. rad. tormentill. valerian. pimpinell. serpentar. dictamn. terr. sigillat. bol. armen. fæcum acetri exsiccat. piper. long. ana ℥ß. zz. caryophyllor. ana ʒj. theriac. Andromach. nuc. vomic. Carduib. ana ℥j. Incisis affunde vini albi q. s. stent per 4. dies: hujus infusi dosis est Cochl. j. manè jejunô stomacho; movet sudorem potenter. Alterans & confortans potio, præsertim post sudorem in contagiô pestilenti præscribitur talis ab eôdem: ℞. sirup. de limon. ℥j. acetosităt. citr. ℥ß. aq. Carduib. acetos. borrag. ana ℥j. M. pro hausțu. Idem in regimine diætæ pestis tempore vinô aquâ Carduib. dilutô pro consuetô potu uti jubet. *p. 6. c. 16.*

Pro convalescentibus à peste & febribus aliis malignis præscribit idem *l. c.* sequens medicamentum: ℞. myrobalan. Chebul. Indor. rhabarbar. cinamom. Carduib. caryophyllor. ana ʒj. mastich. ℥ß. aloës, ʒiij. cum s. q. sirup. de menth. in quô maceratus sit agaricus M. & magnitudine castaneæ exhibe. Sed nimia videtur aloës & mastiches quantitas.

Nicol. Piso *lib. 1. de febr. c. 16.* humores bilioſos in peste correptis evacuat sequenti hausțu: ℞. diaprun. solutiv. & elect. de succ. rosar. ana ʒij. sirup. de limon. ℥ß. trochisc.

de

de caphur. ℈j. cum aq. Carduib. & ſcabioſ. f. Potio.

Pilulas laxantes in peſte uſuales C. Wirſ. *l. c.* laudat tales: ℞. Maſſ. pil. peſtilential. Ruff. ℈iiij. agaric. trochiſcat. zedoar. angelic. ana ʒj. rhabarbar. ℈j. trochiſc. alhandal. g. v. c. ſ. q. aq. Carduib. f. Pilulæ, quarum doſis eſt ʒj.

Apozema Catholicum purgans in peſte. Medici Bavari Annô 1606. tale præſcripſerunt: ℞. rad. cichor. gramin. acetoſ. tormentill. ana ʒiij. enul. campan. ʒij. paſſular. mundatar. ℥ß. herb. capillar. omnium, bugloſſ. borrag. ſcabioſ. endiv. Carduib. ſcord. ana Mß. flor. cordial. dictamn. Cretic. ana Pj. ſem. aniſ. fœnicul. Carduib. citr. acetoſæ, ana ʒß. fol. ſen. f. ſtip. oriental. ℥ij. in aq. fontan. ℔iiiß. vel q. ſ. coquantur ad medietat. circa finem adde agaric. ppt. rec. oxymelle irrorat. ʒvij. epithym. oriental. ʒiij. zedoar. zz. cinamom. ana ʒj. factâ ebullitione & reſidentiâ per noctem f. Colatura cum expreſſione ad ℔iß. quæ depuretur cum albumine ovi, & aromatiſetur cum ſantal. citrin. pulveriſat. ʒj. ſervetur pro uſu, additis prius ſirup. roſat. ſolutiv. ℥v. de ſuccô limon. ℥ij. M. f. apozema, cujus doſis eſt ℥iß. ℥ij. iiiß. vel 4.

Electuarium ſolutivum in peſte D. J. Steinmetzii tale eſt: ℞. elect. de citr. ſolutiv. ℥iſ. ſucci

ſucci carduib. verben. ſcord. ſcabioſ. veronic. ana ʒß Conſerv. flor. tunic. violar. purp. ana ʒj. cum ſ.q. ſpec. electuar. diaphœnic. & ſirup. cichor. c. Rhabarb. f. Electuarium, adde dacryd. ritè ppt. & pulveriſat. ℈ß. D. S. **Laxirlatwerge.** Idem author clyſteribus variis folia & ſemen Carduib. admiſcet.

In petechialibus febribus Sennertus Carduumb. alvum lenientibus addit. *Vid. lib. 4. de febr. cap. 13.* quem etiam commendat in morbo Hungarico Nobiliſſimus Præſes noſter *tractatu de ſcorzoner. p. 75.* ex. gr. Infundatur agaricus cùm decoctô & aq. ſcorzoner. vel Carduibened. Ubi crocô metallorum ad vomitum conciliandum uti velis, in aq. Carduib. infuſio fieri poteſt.

Adr. Mynſichti Tartarus emeticus de aq. Carduib. participat.

Aquam Carduib. vomitoriis admiſcet in peſte Brunnerus *Conſil. prophylact.* ex. gr. ℞. aq. Carduib. ʒiiiß. vitr. ℥ii, g. ij. ſirup. acetoſ. ſimpl. ʒvj. f. Infuſio per noctem, D. S. **Brechtränckle in.**

Petrus Droetus *Conſil. novô de peſtil.* ſcribit, ſe in Angliâ ſucci eryſimi herbæ ʒij cum ſ.q. aq. Carduib. ad excitandum vomitum exhibuiſſe, tantô cum ſucceſſu, ut ægri eôdem tempore & vomerent, & bubones exturbarent.

Emulſiones ſudoriferas ex ſemine & aquâ

aquâ Carduib. maximam partem conſtantes vid. apud Sennert. *l. 4. de febr. cap. 13. & ſupra c. 6.* Electuarium conſervâ Carduiben. exaltatum Vid. apud Senn. *l. c.* quæ medicamenta etiam in febre militari exhiberi poſſunt.

In morbo Hungarico Clariſſ. B. Tim. v. **Güldenklee** *lib. 4. epiſt. 3.* præſcribit ſequentem potionem ſudoriferam: ℞. ſucc. acetoſell. ℥ß. citr. ℥ſ. aq. Carduib. ℥ß. diaſcordii, ʒi. ſpec. de hyacinth. ℈ij. ſirup. de ſucc. Carduib. ℥ß. M. f. Potio, D. S. **Schweiß Tranck**.

In lenticularibus febribus commendat D. Brunnerus *Conſil. 43.* potionem ſeq. ℞. rad. tormentill. dictamn. alb. pimpinell. ana ʒſ. Coq. in ſ. q. aq. Carduib. & acetoſ. hujus ℞. cochl. vj. ſucc. carduib. cochl. ij. acet. rut. cochl. ſem. M. f. Potio, adde theriac. Venet. ʒß. ſumat tepidam, & ſudet. Aliam potionem ſudoriferam Carduob. inſignem *V. ibid.*

Magnif. D. D. Rolfincius in aquæ Carduib. cochlear. ij. exhibet lapides bezoor g. v. vel theriacæ ʒſ. in q. ſ. vin. Carduib. *meth. ſpecial. lib. 6. c. 7.*

Remb. Dodonæus *prax. med. cap. 19.* apparentibus maculis theriacam cum decoctô Carduib. exhibet: & potiones alterantes ex ſirup. acetoſ. de ſucc. citr. aut limon. cum aq. Carduib. cichorei & tormentillæ propinat.

Su-

Sudoriferam potionem Rulandus commendat talem *l. de morb. Hungar. c. 7.* ℞. sem. nap. citr. ana ʒiß aq. Carduiben. acetos. ana ʒiß. f. emulsio, adde sirup. de Carduob. ʒv. acetositat. citr. ʒß. M. f. Potio. Hydroticum antidotum ejusdem tale est: ℞. aq. Carduibenedict. nucum, ana ʒiß. salis angelic. ʒj. M.

Aqua petechialis Anhaltina talis est:

℞. Spir. vin. ex fecibus destillati, ℔iij. rad. Carlin. tormentill. rhapontic. scorzonet. fraxinell. dictamn. alb. ana ʒiiij. sem. Carduib. rutæ, ana ʒij. carpobalsam. ʒj. xylobalsam. lign. aloës, ana ʒß. baccar. juniper. laur. ana ʒj. cinamom. caryophyllor. nuc. moschat. ana ʒvj. Pulverisata & concisa, stent in digestione horarum 24. post adde theriac. ℔ß. ol. juniper. ʒij. Destillatio instituatur lentô igne. Oleum supernatans excipiatur seorsim. Utrumque servetur usui. Datur ℈j ij. in sirupo conveniente, jure pulli vel aq. Cordial. præservat à febribus continuis, ardentibus & malignis. Ante intermittentium febrium paroxysmos data, dimidiâ horâ impedit invasionem. V. Nobilissi. Rolfinc. *method. special. l. 11. s. 2. c. 11.*

In quotidianæ febris curatione præmittit B. Tian. von Güldenklee sequentem mixturam præparantem: ℞. aq. aperitiv. ʒiij. Carduib. fœnicul. ana ʒiß. sirup. ex succ.

Car-

Carduib. ℥j. ſpir. ⊖li gt. vij. M. S. Mixtura. Doſis cochlear. 2. vel 3. quôvis mane per triduum.

In febre tertianâ intermittente celebres ſunt pilulæ Grülingii, quas *V. ſupra c. 6.* Ejusdem pulveres in hâc febre uſitatos paſſim folia, ſemen & ſal Carduib. ingrediuntur.

In tertianâ prodeſt ſequens ⊖ diaphoreticus Rolfincianus: ℞. ⊖is abſinth. Carduibened. ana g. vj. Centaur. minor. volat. ſang. Cerv. ana g. v. D. in chart. S. Schwitz-Salz Vel:

℞. aq. majoran. flor. pœon. ana ℥j.
extract. ſcord. Carduib. ana ℈j.
ſirup. granator. acetoſitat. citr. ana ℥ß;
D. S. Schweißtranck uff jntahl. Hæc potio etiam in malignis locum habet Vel:

℞. aq. fumar. Carduibened. ana ℥iß.
ſpir. lign. ſanct. ℥j. ſirup. ſcorzoner. ℥j.
D. S. Schwitz-Eſſentz.

Duciſſa quædam Wirtembergica ſolô aquæ Carduib. uſu, manè & veſperi per triduum repetitô multos curavit, referente Georgiô Roſtiô *pract. Med.*

Inſignis hauſtus Grülingii, *l. 5. part. 2.* hic eſt:

℞. extract. Carduibened. centaur. minor. ana ℈j.
C. C. uſt. pp. ⊖is abſinth. ana ℈ß.

ſirup. de Carduob. ℥j. aq. Carduib. ℥ij. M. f. hauſtus. Ut & ſeq.

℞. aq. Carduib. acetoſ. veronic. ana ʒvj. ſem. Carduiben. ʒj. nap. ʒß. f. Emulſio, adde ſirup. Carduib. ℥j. f. hauſtus.

Febres tertianas nothas, ut & quartanas aqua febrifuga Mynſichti ſine dubiô exſtirpare fertur. Doſ. ℥ij. & ultra. *Vid. arm. Med. Chim. ſect. 19.*

Dunc. Liddelius *l. 2. de febr. c. 6.* in ejusmodi febribus diuturnis, quando coctionis ſigna apparent, ſudorem movet, & putredinem tollit ſeq. potione:

℞. fol. Carduib. Miß. centaur. min. Mß. rad. aſar. ʒß. Coq. in aq. ſ. q. addit ô ſub finem vini albi modicô. Colaturæ mane detur hauſtus, & ſudor in lecto provocetur.

Species febrifugæ & pulvis febrilis Mynſichti ſupra citat. Sali Carduibened. qui utramque compoſitionem exornat, multa debent.

Potio febrifuga, quam ex Laz. Riveriô citat Th. Williſius *tract. de febr. c. 17.* conſtat ex aq. Carduib. cum oleô ſulphuris & ſale abſinthii. Hæc paroxyſmum febrilem præcavendo arcet, & diaphoreſin facilius procurat.

In ſyncopalibus febribus Duncanus Liddelius *l. 2. de febr.* ægros roborat ſequenti potio-

potione : ℞. ſirup. de cinamom. ℥iß. de cort. citr. de pom. dulc. ana ʒvj. aq. roris-marin. meliſſ. Carduib. ana ℥ij. cinamom. ʒß.

In febribus putridis & pleuriticis Carduusb. omne abſolvit punctum.

In quartanâ commendat Tragus decoctum Carduib. cum vinô factum & ſæpius hauſtum : cui calculum addit Matthiolus, ſcribens : Sanantur hâc herbâ quartanâ laborantes, aut aliis febribus detenti, quarum accesſiones cum frigore adveniunt. Id enim præſtatur hauſtô ejus decoctô, aut ſtillatitiâ aquâ, aut pulveris drachmâ potâ, vel cum pane vino intinctô ſumptâ. quod confirmat Tabernæmontan. *l. c.* Dunc. Liddel. *l. 2. de febr.* Gr. Horſt. *l. 1. ſ. 6. de plant. Aug. c. 12.* H. Brunſvvicenſ. *l. 2. c. 3.* Wirſung Artzneyb. *part. 6. cap. 10.*

B. Carrichter *herbar. p. 163.* contra quartanam commendat ſequens decoctum : ℞. fol. Carduib. Miß. origan. aſar. ana Mj. nepeth. Mß. Coq. in ſ. q. vin. generoſ. f. Potio aſſiduè repetenda.

Nobiliſſimus Præſes noſter feliciter in quartanâ uſus eſt extractô Carduib. cum flor. ✻ & ⊖. abſinth. in ſirup. Carduib. Vide eruditam ejus hieram picram *p. 145.*

Arcanum Carduibenedicti, cujus doſis g. v. vj. viij. Item Sal Carduib. in ſpiritu ſalis nitri ſolutus, & iterum in Cryſtallos reda-

Digitized by Google

ctus, cujus dosis est ℈j. valdè commendatur in quartanâ ab Hartmanno *pr. Chim. p. m. 29.*

Adr. Mynsichtus *sect. 1. arm. med. Chim.* alumen sanguine Draconis tinctum & in aquâ Carduib. solutum, laudat in quartanâ. Dosis ℈ß. ℈j.

Antonius de Grad. *de febr. c. 16.* in quartana nothâ præscribit sequentem sirupum:

℞. rad. fœnicul. petroselin. brusc. asparag. ana Mj. fumiterr. scolopendr. cichor. agrimon. adianthi, cortic. median. fraxin. tamarisc. cappar. scabios. lapath. acut. eupator. calaminth. hortens. hyssopi, ana Mß. flor. tamarisc. ℥ß. cass. lign. ammeos, amisi, Carduib. asari, sem. apii, baccar. juniper. ana ʒß. sem. 4. frig. major. ana ʒij. stœchad. utriusque, ana ℥ß. spic. nard. ʒj. mellis scyllitic. ℥iß. aceti albi. q. v. sacchar. q. s. Coq. in sirup. cujus dosis est ℥ij. cum brodio cicerum.

D. Philippus Müllerus *in myst. med. Chimic. p. 150.* in quartanâ sequens decoctum probat:

℞. rad. acor. acetos. lupul. borrag. scolopendr. fol. chamædr. agrimon. absinth. ana Mj. marrub. Carduib. matrisilv. ana Mß. adde vini q. s. & coque ad consumptionem duarum partium. Probatum.

Omnes alias febres, quôcunque veniant nomine, decoctum Carduibenedicti, horæ

qua-

quadrante ante paroxysmum sumptum curare scribit Lonicerus, *herbar. part. 2. c. 25.* Vel ingruente febrili paroxysmô sumantur aq. Carduib. ℥iiij. Christ. Wirsung. *part. 6. c. 3.* ⊖ Carduib. eximium est febrifugum, H. Petræus *diff. harm. 50.*

In variolis & morbillis Carduus sanctus, & medicamenta ex ipso parata omnia maximi sunt momenti.

In expellendis variolis & morbillis laudat Grülingius *lib. 5. med. pract. part. 3.* emulsum sequens:

℞. sem. nap. ℥j. Carduibened. ℈j.
aq. veronic. fumar. Carduibened. ana ℥j.
f. Emulsum, cui adde
C.C. ust. ppt. ℈ß. spir. è bacc. sambuc. gt. iij. f. Potio, aliquoties repetenda. Similem habet Sennert. *l. de febr. 4. c. 12.*

Haustus expellens eiusdem Grülingii:

℞. sem. Carduiben. ℈ij. aquileg. citr. ana ℈j. Contundantur probè & infundantur in aq. fumar. per horas 24. Colaturæ adde vini albi ℥ß.

spir. ♀ri ℈ß. ⊖is gt. ij.
Tartar. alb. Vitriol. g. iij.
spir. sambuc. gt. v.
sirup. de limon.
acetos. citr. ana ℥ß.

M. f. Haustus. Potionem à variolis &

morbillis præservantem Idem habet talem loco citato:

℞. sirup. acetosit. citr. de succo Carduibenedict. borragin. ana ℥ij.
aq. acetos. Carduib. borragin. ana ℥iiß.
M. D. in fictil. S. Præservier-Tranck.

Nobilisimus D.D. G. Rolfincius ad expulsionem variolarum & morbillorum sequentem emulsionem commendat:

℞. sem. napi ℈ij. aquileg. ʒiß. citri, Carduibenedict. ana ʒß.
aq. Carduib. scabios. scorzoner. ana ℥iv.
f. Emulsio, Colaturæ per linteum factæ adde ℥nii diaphoretic. ℈ß. C. C. ust. ppt. ʒi. spec. liberant. ℈j. D. in fict. S. Treib-milch.

Decoctum expellens in variolis & petechiis expertissimum, semine Carduibenedicti insignitum Oberndorfferi citat Nobilisimus Præses noster *in tractatu de scorzoner. p. 44.*

Julebus in expulsionis conatu multum conferens Lazari Riverii *pr. Med. l. 17. c. 2. talis est:*

℞. rad. fœnicul. acetosæ, ana ℥j.
rasur. C. C. ʒß.
fol. scabios. scord hyperic. ana Mj.
ficuum pingv. Par. iij. gumm. laccæ, ʒiij.
sem. napi, Carduibenedict. ana ʒij.
lent. excorticat. ʒß.
gumm. tragacanth. ʒiß. Coque ad ℔ß.

Co-

Colaturæ ℞. ℥iij. sirup. de limonib. ℥j. M.f. Julebus, de quo bis aut ter quotidie aliquid exhibeatur.

Pulvis expulsivus Clariss. B. Tim. von Güldenklee *lib.4.epist.16.p.317.* talis est: ℞. sem. aquileg. nasturt. ana ℥ij. acetosæ, napi, ana ℈iiij. citr. ℈j. Carduiben. ℥j. dictamn. ℈iiij. tormentill. terr. sigillat. ana ℈j. C.C. absque igne calcinat. ℥ß. M. f. Pulvis. Ibidem Vide aquam expellentem cum Carduob. maximarum virium.

Decoctum ficuum Mynsichti *armament. Med. Chimic. f. 25.* semine Carduibenedicti insigne tutô & absque ullo periculo tam variolas, quàm morbillos expellit, eorumque malitiam compescit. Dos. Cochl. j. ij.

Theriaca febrilis Mynsichti Catholica *arm. Med. Chim. f. 13.* omnibus febribus, ut & ipsi pesti accommodata est: hanc Conserva Carduibenedicti non parum illustrat. Vehiculum hujus est aq. Carduib.

In erysipelate, quod utplurimum cum horrore febrili affligit, Sennert. *lib. pract. 3. part. 5. f. 2. c. 7.* roob sambuci cum aqua Carduibenedicti feliciter exhibet.

CAPUT XI.

Usum Carduibenedicti in venenis extra vel intra corpus admissis, venenatorumque animalium morsibus docet.

VEneni nomen meretur, ut censet eruditissimus Thomas Willisius *tract. de febr. c. xij.* quicquid in corpus nostrum impingens, temperiem & actiones cujusvis partis, aut totius, occultò modò & vehementer lædit, spiritus profligat, aut eorum motus pervertit, liquorum mixtiones solvit, coagulationes & corruptiones inducit, viscerum fermenta & functiones destruit, adeòque subitò & latenter vitæ periculum adducit.

Eorum, quæ hôc modô nobis insidiantur, in rerum Natura subest ingens copia, & proventus valdè opimus: sæpè intus in corpore nostro gignuntur: exterius ab omni plagâ, è quôvis terræ, aquæ & aëris tractu, abundè suppeditantur: è distinctis mineralium, vegetabilium, & animalium familiis quotidiè emergunt: adeòque alimentis, immô medicinæ nostræ se immiscent, ut cum Plinio conqueri liceat, quod natura rerum largius mala, quam remedia genuerit.

Quem-

Quemadmodum igitur magna est venenorum varietas: ita quoad lædendi modum mira datur diversitas: nam licet plurima venena totâ substantiâ nobis sint contraria, ut quodvis adoriantur, & feralis instar ignis vi caustică velut in cineres redigant: tamen ex his quædam plus uni parti nocent, quam alteri.

Infligitur autem veneni labes vel spiritibus animalibus in cerebrô & nervoso genere scatentibus: vel sanguini in vasis & corde fluxili: illud videre licet in morsu Tarantulæ choreas inferente: in torpedine per retium funiculos manum piscatoris stupefaciente: in pastinacæ silvestris radicibus & lolii seminibus comestis, hominem ad insaniam redigentibus: in opiô, mandragorâ, hyoscyamô & similibus somnum altum & aliquando lethalem accersentibus: hoc verò accidit à pharmacis quibusdam: vaporibus è cryptis subterraneis erumpentibus, à carbonibus etiam recens accensis, non rarò spiritus vitales suffocantibus, unâque sanguinem congelantibus, ac in motu sistentibus, quô minus in corde vitæ flamma perennare queat.

Venenis itaque intra corpus sumptis auxiliari Carduumbenedictum testatur Historia, quam ex Trago citat Clariss. Simon Pauli *in quadripartit. botanic. class. 3.* Paviæ enim

quandam puellulam incautè toxicatum pomum esitantem, cum mox urgeretur enormibus symptomatibus, quæ neque theriacâ neque alexipharmacis mitigari potuerunt, solius aquæ Carduib. hauſtu esse servatam. Alii quoque tradunt, cum forsan Tityrus quidam patulæ recubans sub tegmine fagi obdormiviſſet, cui anguis per œsophagum in ventrem irrepserat, dictum factum eundem esse excretum, simulac hauſtulus aquæ Carduib. ipsi fuiſſet propinatus.

Venena superat Carduusb. scribit J. Cæs. Baricellus *hortul. genial. p. 216.* Untzerus *de sale cap. 21.* & Arnold. de villâ nov. *libr. de simpl.*

Carduusb. cum cibo vel potu sumptus à venenis præservat. Greg. Horstius *l. 1. s. 6. de plant. Aug. c. 12.* Jod. Harchius *de simpl. p. 55.* ita scribit: Carduusb. contra omnis generis venena lethalia mirificè pollet, tam interius sumptus, quam venenosorum animalium morsibus illitus.

Seminis Carduib. pulverisati 3j. sumpta venenum per sudorem expellit: quod & aquæ adscribit Tabernæm.

Omnibus venenis, quæcunque etiam illa sint, herbam Carduib. recentem comestam, vel ejus pulverem, succum, decoctum aut aquam hauſtam feliciter mederi scribit Lonicerus *herbar. part. 2. c. 25.* quod confirmat.

C. Wir-

C. Wirſung, Artzneybuchs *part. 7. c. 1.* dum ſcribit ; glorioſæ memoriæ Imperatorem Fridericum Carduumb. primitus ex Græciâ in Germaniam tranſtuliſſe, ejusque pulveris, aquæ & ſirupi uſum contra omnis generis venena docuiſſe.

Amatus Luſitanus *comm. in Dioſcor. l. 3.* Carduum noſtrum multis affirmat dotatum eſſe viribus, nam contra omne genus veneni valere aſſerit.

Decoctum Carduib. ex vino & aquâ ejusdem ſtillatitia venenum expellunt. Nicol. Spindlerus,

Omnibus in ſumma venenis & intra & extra corpus præcipuum hujus herbæ pulverem, ſuccum, decoctum vel ſtillatitium liquorem eſſe remedium tradit J. D. Mylius *baſil. Chim. lib. 6.*

Dioſcorides herbam, lanuginem, & ſemen Carduib. cum vinô & pipere potum, contra ſcorpionum ictus præſentaneum, conferre auxilium aſſerit.

Folia Carduib. contuſa & impoſita, ut & ſuccum, ſirupum & extractum in aquâ fumariæ hauſta, contra ſerpentum morſus valere teſtatur Tabernæmontanus: quod etiam de aquâ ſtillatitiâ & vinô Carduiben. affirmat. Carduusb. morſui ſerpentum confert. Anton. Fumanellus. Serpentum morſus curat. Ad. Lonicerus, *l. c.*

Magni

Magni nominis & existimationis planta, est non modò apud Italos, sed etiam apud exteras nationes adversus venena lethalia, tàm interius sumpta, quàm venenosorum animalium ictibus aut morsibus imposita. Matthiolus, *locò suprà citat.* Tragus, *l. c.* & J. Schenckius *observ. med. lib. 7. de alexipharmacis.*

Perfusis à feris venenatis mederi Carduumb., contra serpentum & scorpionum morsus valere omnibus in confesso est. Anton. Fumanellus. A. Lonicerus *l. c.* & J. D. Mylius *basil. Chim. lib. 6.* G. Bertinus Campanus *l. 18. de natur. medicamentor.* Fuchs. *hist. plant. cap. 42.*

Ad morsum omnium venenosorum animalium prodest Carduusb. Alex. Pedemontan. *lib. 1. p. 78.*

Folia Carduib., succus, semen, aqua destillata, omnis generis venenis, quòcunque veniant nomine, extra vel intra corpus admissis antidotum præstant præsentissimum. Tragus *l. c.* Idem ex Dioscoride scribit: hominem à scorpiò vulneratum tamdiu ictum non sentire, quamdiu Carduumbenedictum secum gestet, quamprimum autem herba sit deposita, dolorem reverti.

Contra aranei punctúram juvat Carduusb. superpositus. Sennert. Institut. *lib. 3. p. 1.*

p.1.f.1.c.21. vel ipſius aqua exterius & interius uſurpata. H. Braunſchvv. *l.2.c.3.*

Tarantula, admirandum illud Apuliæ inſectum, quòd Græci phalangium, Arabes rutellam vocant, [eô quod ferè omnia, quæ Græci de phalangiis, eadem ſcribat Avicenna de rutellis,] Tarenti accolas dentibus, non aculeis, ut apes, infeſtat: ex quo morſu venenum per totum corpus usque ad Cor diffunditur: unde ſtupendi affectus emergunt: ſiquidem alii perpetuò diſcurrunt, clamitant & ſaltant: alii rident: alii plorant: alii dormiunt: alii vigilant: alii ſudant, vomunt, tremunt, pavent: alii phreneticis, lymphaticis aut maniacis ſimiles evadunt: qualis affectuum diverſitas, non tam à variô horum animalium venenô, quam ex diverſo ictorum temperamentô provenit.

Mirabile eſt, venenum hoc non ſtatim, ſed poſt anni revolutionem ſuam *ἐνέργειαν* exſerere: Videas hic honeſtiſſimos viros, pudiciſſimasque matronas, ſcurrarum & inſanorum inſtar, poſthabitô omni pudore, ſciſſis & abjectis veſtibus indecorè ſaltare. Paulô ante hæc tripudia appetitus dejicitur, febres ardentes & artuum dolores læſum invadunt, atrophia, cachexia, & icterícius in facie color apparet. Nonnulli flavum, rubrum, viridem aut alium colorem durante hoc ſaltu affectant: alii pedibus penduli

fiunt:

fiunt: alii proni in terram procumbunt, & mille aliis modis insaniunt.

Ejusmodi admiranda symptomata certô concentu & soni genere delinita dissolvuntur, quem saltator auribus hauriens, suavissimâ dulcedine demulcetur, & velut attonitus hæret.

Præter hoc remedium Apuliæ Medici theriacâ, Orvietanô, mithridatiô & pulvere bezoarticô aliisque antidotis uti solent: quibus Anton. Fumanellus Carduumbenedictum, videlicet cordi in morsu rutellæ summè conferentem non immeritò accenset. Confer Heinr. à Bra *med. simpl. adversus venena l. 2.* Et Præsidis nostri scorzoner. *p. 127.*

Vesparum & crabronum ictibus Carduusben. cum ovi albumine impositus confert. Anton. Fumanellus.

Ad morsum canis rabidi Carduusb., sive per os sumptus, sive emplastratus valet. Arnold. de vill. nov. *l. c.* Heinr. à Bra *med. simpl. adverſ. venen. l. 2.*

Venenatorum animalium, maximè verò serpentum, scorpionum & rabiosorum canum morsibus auxiliatur Carduusb. J. Palmar. *de febr. pest. c. 18.*

Adversus fungorum, verminosô seminatiô utplurimum scatentium venenum semen

Car-

Carduib. cum vinô datum valet. Marſilius Ficinus.

Contra eſulam crudam comeſtam antidotum eſt aqua Carduibenedicti theriacæ mixta. Jonſton. *Id.med.pract. l. II. c.2.*

Experimentum in Ruſticô quôdam habitum Heinricus à Bra *med. ſimpl. adverſ. venen. lib.1.* recenſet tale: Illi cum ſubitô corpus in inſignem tumorem attolleretur, nec de venini aſſumpti genere conſtaret, quod ſibi datum clamabat, decoctô Carduiben. in vino bis vel ter aut pluribus vicibus hauſtô convaluit.

Venenatis ictibus herba tuſa imponitur. Lobel. *obſ. ſtirp. p. 484.*

A morſu venenatorum animalium gangræna cum ſequitur, quoniam principalia membra maximè & citiſſimè offenduntur, venenum ſequenti potione expellendum: ℞. rad. angelic. vincetoxic. ana ʒß. herb. ſcord. utriusque, rut. dictamn. Cretic. ana Pj. Coq. in f.q. aq. bugloſſ. & Carduib. In Colatur. ʒij. diſſolve theriacæ opt. ʒj. ſucc. citr. ʒß. F. Potio. Vel:

℞. antidot. Matthiol. ʒj. ſirup. bugloſſ. ʒj. aq. Carduib. rut. fumar. meliſſ. ana ʒß. M. V. Hafenreffer. *l. 2. de cutis affect. c. 8.*

Alia ejusdem *lib. 3. c. 12.*

℞. Terebinth. dictamn. Carduib. ana ℈j. theriac. ℈ß. doronic. ſmirald. ana ʒj. ſirup.

firup. de ſucc. acetoſ. aq. bugloſſ. ana ʒvj. vin. granator. vin. odorif. mediocr. ana ʒiß. M. f. Potio, non ſolum in venenoſis morſibus, ſed & ipsâ peſte ex uſu.

Confectio theriacalis Mynſichti, quæ Carduumben. recipit, celeberrimum eſt contra omnia venena alexiterium, quod illa à corde, penetrando totum corpus ad circumferentiam virtuosè expellit. V. A. *ſ. 13. p. 222.*

Antidotum probatiſſimum contra omnia venena, quod non parum Carduib. recipit V. ſis, apud Matthiolum *l. c.* Joh. Schenckium *obſ. med. l. 7. de alexipharm.*

Oleum Gregorii Caravitæ Papæ Clementis olim Chirurgi præſtantiſſimi, quod Carduus benedictus exaltat, pulſibus & cordis regioni illitum efficaciſſimè occurrit omnibus venenis per os ſumptis, viperarum, item, aſpidum & omnium venenatorum animalium morſibus oppoſitum Vide apud Joh. Schenckium *l. c.*

Facultatem divinam contra omnes morſus venenoſos adſcribit ſequenti potioni H. Montuus auxil. Chirurg. *c. 14.* ℞. biſtort. dictamn. Carduib. ana ℈ß. theriac. ʒß. ſem. citr. ℈ß. croci, g. ij. ſmaragd. g. i. doronic. ʒj. firup. de ſucc. acetoſ. aq. bugloſſ. ana ʒvj. vini granator. vin. odorifer. ana ʒß. f. hauſtus.

Pul-

Pulvis admirabilis contra toxicum & omne venenum: qui utetur istô, inquit Petrus de Abano *lib. de remed. venenor.* non morietur, [nisi DEUS aliter statuerit,] ex venenô; & quando accepit venenum, capiat ex hôc pulvere cum vinô calidô, & curabitur: fuit enim Medici veteris cujusdam Regis Angliæ experimentum: ℞. pimpinell. rad. tormentill. cinamom. ana ʒß. macis, ziß. lign. aloës, granor. juniper. zz. ana zj. Carduibenedict. rad. angelic. ana ʒß. f. ex omnibus pulvis subtilis, & benè occlusus servetur. Hæc Petrus de Abano, *l. citat.*

Caput XII.

Externum usum Carduibenedicti in affectibus externis & internis explicat.

Cum cæteris animantibus Natura parens ad sui defensionem ungues, cornua & dentes concesserit, quibus tanquam armis externas propulsare injurias possent: non immeritò cum Naturæ bibliothecario Plinio conqueri alicui liceat, quod solus homo nudus & inermis prodierit in lucem. Quamvis enim Homo rationis munus manuumque ministerium in supplementum defectûs acceperit, quibus externarum in-

juriarum ingruentes impetus prævidere, & quô pactô his obviam iri queat, providere possit: non tamen facilè tot affectuum cutaneorum, fracturarum, luxationum, vulnerum, ulcerum, & venenorum adversus se conspirantia agmina evitare potest, etiamsi Argô sit oculatior.

Verum non destitutus est omninô auxiliis, quibus in necessitatis casu saucia & ulceribus scatentia membra pristino vigori restituere, illaque incolumia conservare possit. Inter quæ remedia, præsertim è vegetabili Regnô petita multis parasangis reliqua anteit Carduus benedictus, quem non velim aliquis credat internis tantum usibus destinatum esse: quin potius etiam extra applicatus summô possit esse adjumentô.

Aqua & succus Carduib. oculis instillatus, eorum pruritum & rubedinem curat. Matthiolus *l.c.* Visum acuit. Tragus *l.c.*

Carbunculis & anthracibus pestilentibus folia Carduib. contusa & imposita mederi scribit ex Dioscoride Matthiolus & Tragus, qui hanc virtutem etiam aquæ Carduib. assignant. Eandem laudat Christ. Wirsung, Arzneyb. *part.6.c.16.* qui Carbunculos pestilantes aquâ Carduibenedicti lavare & mundare jubet: ut & J. D. Mylius *basilic. Chim. l.6.*

Petrus Hispanus in thesauro pauperum, *c.17.*

c. 17. Carduumbenedictum, cum senecione & limacibus simul pistari & super apostema emplastrari jubet, idque tum vel maturabitur vel resolvetur.

Epithema cum Carduob. cordi & epati in peste admovendum Vide supra *cap. 10.*

Pustulas nigras in cute emergentes, Germ. **die schwartzen Hundesblattern** tollit aqua Carduibenedicti. Nicol. Agerius *pharmac. reformat part. 1. p. 36.*

In leuce, vitiosâ illâ cutis albedine S. Hafenreffer *de cut. affect. l. 1.* commendat sequens sudoriferum; ℞. aq. guaiac. destillat. ℥iij. Carduiben. ℥ij. fumar. ℥j. sudet æger hâc potione sumptâ per horam in lectô.

Membra ambusta Carduusbenedictus contusus & impositus sanat, Tragus *loc. citat.* Tabernæmontanus has vires aquæ destillatæ & ambustionibus cum linteaminibus impositæ adscribit. Ambustiones oleô, aquâ fervente, ignitisque metallis factas curat aqua Carduiben. cum linteolis imposita. Nicol. Ager. *pharm. reform. part. 1. f. 36.* Vel ipsa herba Carduib. cocta & ambustioni imposita. Chr. Wirsung. *p. 5. c. 3.* vel aqua Carduib. cum atramentô scriptoriô mixta, & cum linteolô imposita. *Idem part. 5. c. 5.* Tusa & imposita folia Carduiben. adustiones sanant: ad eadem pollet stillatitius liquor. J. D. Myl. *basilic. Chim. l. 6.*

Paralytica infantium membra decoctum & aqua Carduibenedicti curat Nic. Ager. *pharm. ref. part. 1. f 35.*

In articulorum dolore ad fluxum ad illos impediendum & interna viscera roboranda Reinerus Solenander *Consil. med. f. 5. conf. 8.* sequentem potionem familiarem esse jubet:

℞. rad. cichor. petroselin. cortic. luteor. interior. rad. frangul. ana ℥iß. rad. enul. ℥ß. fol. Cichor. agrimon. Carduib. fol. veronic. ana Mj. absinth. rorismarin. fumar. borragin. vel florum ejus, ana Mß. cuscutæ è lupulô, Miß. semin. anis. cortic. aurantior. ana ʒij.

Selecta hæc, inde concisa infice in cantharum mundum & affusô seri lactis optimè percolat. ℔iiiß. cantharus occlusus ponatur horas 5. vel 6. in lebete aquæ bullientis. Deinde ablatô ab igne & apertô cantharô affunde vini albi maturi ℥6. vel 7. optimique cinamomi contusi, ℥ß. adde si lubet saccharo albissimi, vel sirupi, in quô cortices aurantiorum conditi asservantur, uncias paucas, relinquanturque maceranda, donec refrixerint, tum colatum jus servetur ad usum. Bibes ipsius calidi ℥vj. manè decumbens adhuc in lectô, vesperi sesquihoræ spatiô ante cœnam utiliter ℥iij. si serô uti nolueris, aquam purissimam substitue, in quâ ferrum can-

candens aut aurum ignitum aliquoties fuerit extinctum.

Idem *p. 47.* ſequentem commendat tragcam:

℞. cortic. aurantior. calam. aromatic. ana ʒiß. cinamom.acut.interior.ſem.aniſ. ana ʒiij. ſem.portulac. ʒij. limaturæ chalybis acetô acerrimô lotæ,& cum acetô in catillo coctæ in mediis carbonibus, donec acetum exhalet, & chalybs igniatur, ſubtiliſſimè pulveriſat. ℥ß.
amygdalar. amarar. non. rancidar. ʒiij. pulv. abſinth.Carduibened. ana ʒß.
Confect. ex ol.ſem.aniſ. ℥iß. M. f. Pulvis.

Deſtillatum pro arthriticis ſudoriferum B. Timæus **von Güldenklee** *lib.5.epiſt. 1.p.342.* commendat tale:

℞. lign. ſaſſafras odorifer. ℔ß.
raſur.C.C. ʒij. rad.ebul.valerian. ana ʒvj.
fol. ivæ arthetic. Mij. carduib. meliſſ. ana Mj.
baccar. juniper. ℥iß. affunde vini Rhenan. opt. ℔j.
aq. iv. arthetic. ℔ij. Carduib. ℔ß.

Macerentur per triduum, poſtea deſtillentur.

S. **Deſtillat zum Schweiß.**

Pilulæ podagricæ ejusdem.

℞. bezoart.Solar. ʒij. Lunar.
Salis Corallor. ana ʒj. margaritar. ℈ij.

lapid.bezoar Oriental. ʒj. Pulverisata M.c. extract. Cardui Angelic. ʒj. Carduib. ℈ij. Confect. alcherm. ℈iiij. f. l. a. Pilulæ Nô 24. Deaurentur. S. Podagrische Schweißa Pillen.

Elixir arthriticum calidum Crügneri Carduumb. recipiens, in articulorum & coxendicum doloribus, cheragrâ & podagra, ut & arthritide vagâ ab Authore valde commendatur.

Hieronym. Gabucinius Erygeron, [per quod Carduusb. intelligitur, ut supra *cap. 1.* dictum] cum axungiâ calidæ & frigidæ podagræ convenire statuit, *commentar. de podagr. p. 48.*

Hydromel laxativum antiarthriticum, Carduob. exaltatum Vid. apud Gr. Horst. *l. 8. de morb. ext. observ. 7.* Sirupum de polypodio purgantem cum Carduobenedictô V. apud Cratonem *pag. 674.*

Exquisita diæta hic optimum est remedium: Inde Valescus de Tarantâ refert, quendam podagricum, quotiescunque imminere paroxysmum sensit, ab omni cibo & potu abstinentem, solâ inediâ fuisse liberatum, & ultra centum annos vixisse: Hinc Poëta:

Compedibus Cererem, vinclis constringe Lyæum,
ne te muneribus lædat uterque suis:

Vina

Vina siti n sedent: natis Venus alma creandis
ſerviat: hos fines tranſiliiſſe nocet.

Nullum in podagrâ magis præſentaneum, & absque periculô vidit auxilium Joh. Monardus *annot. in compoſ. Meſ. pag. 602.* quam ut eam homo æquô animô ferat, & Hippocratis terminum expectet.

H. Braunſchvv. *l. 2. c. 3.* articulorum morbos aquâ Carduib. exterius uſurpatâ ſanari ſcribit.

Contra cancrum, & putrefcentia ulcera vix pretioſius datur foliis, ſuccô & aquâ doſtillatâ Carduib. remedium: adſcribuntur hic Carduobenedicto virtutes, nullo aliô medicamentô inferiores: præſertim autem in deſperatô mammarum cancrô: id quod teſtatur hiſtoria de fœminâ quâdam, cui cancer omnem mammillarum usque ad coſtas conſumpſerat ſubſtantiam, quam aquæ Carduibened. lotione, ejusdemque pulveris inſperſione à quôdam Epiſcopô Auguſtano, ut refert Hier. Braunſchvv. *l. 2. c. 3.* ſanatam & mundatam fuiſſe confirmant Matthiolus, Tragus, *l. c.* Ebrodunenſis herbarii authores *lib. 25. Univerſal. hiſtor. plantar. c. 14. p. 78.* J. D. Mylius *baſil. Chim. l. 6.* N. Ager. *l. c.* C. Wirſung, *part. 2. c. 3. part. 5. c. 3.* Gr. Horſt. *l. 1. ſ. 6. de plant. Auguſt. c. 12.* Jodocus Harchius *de ſimpl. p. 55.*

Cancrum, aliaque maligna, putrida & gallica ulcera Carduusb. ſanat. C. Schvvengfeld. *de ſtirp. Sileſ. l. 2.* Corbejus *gynec. l. 2. c. 11.*

Si ſanguis in cancrô ex corroſione venarum & arteriarum nimium fluat, quidam approbant, nec ſine fructu, decoctum ſeq. ℞. herb. Carduib. q. v. Coq. cum urinâ pueri & eluatur malum. S. Hafenreffer. *de cut. affect. l. 2. c. 7.*

In cancrô mammillarum Corbejus *gynec. l. 2. c. 11.* humores præparat & evacuat ſequenti potione: ℞. rad. cichor. polypod. q. rec. ana ℥j. ariſtoloch. long. ℥ß. fumariæ bul. boſ. ℥vj.

herb. fumar. Carduibenedict. cochlear. ana Mj.

ſalviæ, fabar. ana Mß. epithym. ℥ß. Inciſa coq. in aq. ſ. q. In Colaturæ ℥ix. per noctem macerentur fol. ſen. ℥ß. rhabarbar. elect. ℥iij. rad. ellebor. nigr. ℈ij. ſem. aniſ. carv. ana ℥j. cinamom. galang. ana ℥ß. poſtea factâ leni ebullitione colentur, Colaturæ admiſceatur ſirup. de epithym. ℥j. f. Potio pro 2. doſibus.

Sirupus ejusdem talis eſt: ℞. cancror. Nô x. herb. Robert. agrimoniæ, ſanamund. tormentill. c. rad. ana Mj. polytrich. adianth. ceterach. capill. ℥ris, hyperic. ſcabioſ. Carduib. ana Mij. flor. bugloſſ. Miß. Coq.

cum

cum aq. & ſacchar. ad formam ſirupi: cujus doſis 4. aut 5. cochlearia mane & horis duabus ante cœnam.

Arnoldus de villâ novâ *lib. 2. c. 44.* egregiô encomiô Carduumb. inſignit, ita de illo ſcribens in breviar. Vidi quendam, qui in tantum habebat tibias ulceratas, ut oſſa etiam earum apparerent: & omnia ſua bona in hujusmodi ægritudine conſumpſerat: nec poterat aliquod utile remedium reperire: cui quidam extraneus ſuperveniens dixit: Vade, & accipe Carduumbenedictum viridem in bonâ quantitate, & piſta ipſum benè: poſtea fac decoqui in bono vinô: deinde axungiam porci liquefactam adde, & iterum ſimul bulliant: poſtea admiſce tantum farinæ tritici cum ſpatulâ, ut fiat in modum unguenti liquidi: & de hoc unge bis quôlibet die: hoc fecit ille, & brevi tempore liberatus eſt.

Ulcera ſpatiô tridui ſanantur, ſi Carduib. lana ſeu bombyx ſuper applicetur. Alex. Pedemont. *l. 1. p. 78.*

Ulcera maligna, etiam pudendorum & cervicis uteri aquâ Carduibenedicti elota, & poſtmodum pulvere Carduib. conſperſa ſanari ſcribit Tragus *l. c.* & Tabernæmontanus, ut & Jul. Cæſ. Baricellus *in hortul. genial. p. 216.*

In ſanandis ulceribus & fiſtulis Carduusb. efficaciſſimus eſt. L. Fuſch. *loc. citat.*

In fiſtularum curatione commendat S. Hafenrefferus *de cut. affect. lib. 2. c. 6.* ſequens oleum:

℞. Ol. ſulphuris ʒiiij. aq. plantag. min. ſucci Carduib. ana ʒij. Coq. in ollâ vitreatâ ad quadr. dimid. horæ, cum uti volueris, lava prius fiſtulam cum ſpir. vin. vel vin. alb. tandem oleum impone, & claude cum goſſypiô.

Rhagades & fiſſuras ani Cataplaſma ex Carduobenedictô ſanat. H. Braunſchvv. *l. c.* Ani plagas curat. Matth. Silvatic. *pandect. cap. 244.* Carduibenedicti virtus omnibus ulceribus ani medetur. Joh. de Vigo *l. 7. de natur. ſimpl.*

Ad putreſcentia ulcera, mammarum potiſſimum pulvis Carduibenedicti inſperſus valet. Fuchſius.

Herba ipſa tam recens, quam ſicca & pota, & exterius admota, contumacia ulcera, & quæ cacoethe vocantur, ſanat & cute obducit. Matthiol. *in lib. 3. Dioſcor.*

Herba Carduib. contuſa cum pinguedine porci & farinâ tritici ad juſtam emplaſtri conſiſtentiam cocta omnia putrida ulcera, quam profunda etiam ſint, ſanat. Tabernæmontan. N. Ager. *pharm. reform. p. 1.*

Notatu digniſſima eſt obſervatio Nobilis-

billisſimi Domini Præſidis noſtri, quam habuit in ſartore quôdam, putridum ulcus in virgæ radice ſat diu alente, carunculis quibusdam ſanguineis, interdum pure cum furfuribus prodeuntem morantibus urinam, cum dolore in mingendi conatu, &c. ubi præ cæteris omnibus decoctum Carduiben. cum paſſulis & glycyrriz. profuiſſe, eôque ſolô potu diu ſublevatum eſſe, non ita pridem ad me perſcripſit.

In ulceribus, quæ cacoethe ſunt, Carrichterus *pr.c.2.* de ulcer. ſequenti pulvere in cibô uti jubet: ℞. Carduiben. ʒiß. rad. rhod. ʒj. myrrh. Alexandr. ʒß. f. Pulvis.

In ulceribus à defluxione ortis commendat P. I. Faber in Chærurgiâ ſpagyricâ potionem ſudoriferam ſequentem: ℞. Tinctur. ferri ʒß. aq. Carduib. ʒj. firup. de fumar. ex ſuccô ejus depuratô ppt. ʒß. ☉ri tonantis ℈j. ſpir. vin. tinctur. malor. aurantior. imprægnati ʒiij. M. f. Potio ſudorifica, quam ſumet ſummô mane coopertus in lectô, expectans ſudorem, quantum fieri poterit.

Vapor & fotus Carduib. exterius admiſſus calculum & obſtructos menſes pellit, Matthiolus *l. c.*

Vulnera etiam ſanat Carduus ſanctus. J. C. Baricellus *hort. genial. p. 216.*

Lanugo Carduibenedicti vulneribus impoſita, illa ſine dolore ſanat. Matthiol. &

Tra-

Tragus *loc. cit.* Inter ἰχαιμα seu sanguinem sistentia medicamenta refertur à Macasiô *promptuar. mat. med. p. m. 175.* Vulnera non lethalia tribus diebus sanat bombyx Carduib. Al. Pedemont. *lib. 1. p. 78.* Aqua Carduib. pota vulnera intrinsecus ad sanitatem usque curat. Andr. Libavius *prax. Alch. p. 97.*

Vulnera recentia mirabiliter sanare Carduumbenedictum sub initium Junii collectum, aliô tempore hoc non præstare scribit Schröderus, *pharmacop. Chim. lib. 4. c. 75. p. 60.* Concludit hinc Simon Pauli, *quadrip. Botanic. class. 3.* id maximè usu venire, ob succum illius, licet paucum, balsamicum, statô tempore, eô vulneratô exsudantem.

Incisiones nervorum Carduusb. Cataplasmatis formâ impositus curat. Matth. Silvaticus *pandect. cap. 244.*

Aëtius Amidenus *lib. 15. de re Med. cap. 12.* ex Atractylide, sub cujus nomine quorundam veterum more Carduum nostrum intelligit, ut supra *cap. 2.* demonstratum est, sequens emplastrum polychrestum parat, quando ita scribit: Hanc tu spinam radicitus evulsam, & in umbrâ exsiccatam terito, & subtilissimô cribrô excutito, sumitoque ejus ʒiiij. Colophoniæ, ʒxviij. ol. dulc. ʒiiij. æruginis ʒij. Ceræ, ʒviij. Colophoniâ, oleô & cerâ liquefactis & excolatis, æruginem primô,

primò, deinde herbam tritam & cribratam adjicito, tum omnia simul in frigidam aquam conjecta, diu manibus subigito, finitoque per totam noctem in eâdem frigidâ madescere, ac deinceps ad cruenta vulnera, in quâcunque corporis parte sint, reservato, sive in infantibus sive in adultis fuerint. Confert etiam ad antiqua ulcera, ad excisiones, percussiones, sugillationes, & ad dolores, qui ob frigus evenerint: item crustas & cætera, quæ in ulceribus difficulter purgantur, ocyssimè exterit, leprosisque affectibus & vitiliginosis medetur. Femur enim cujusdam ad penitissimos usque recessus impetu ensis dissectum, ita ut sectio ab exteriori capite incipiens, usque ad inguen descenderet, cum 4. mensibus decubuisset æger, neque glutinationis initium appareret, hôc ego [scribit] medicamentô conglutinavi. Tibiam præterea alterius à poplite usque ad tali articulum vulneratam, inflammatione prius cum cataplasmate mitigatâ, intra paucos admodum dies sanitati restitui. Hæc Aëtius.

B. Carrichterus herbar. *fol. 161.* ex Carduob. & cortice radicum prunor. silvestr. elegantem potionem vulnerariam parat: & pulverem Carduibenedicti non solum vulneribus inspergit, sed etiam emplastris admiscet.

In

In hæmorrhagiâ vulnerum nimiâ, quam ſyncope interdum ſequi ſolet, pulſibus ſequentes ſacculos applicat S. Hafenreffer. *de cut. affect. l. 3. cap. 2.* ℞. cortic. citr. ʒij. galang. caryophyll. cinamom. ana ʒj. ſpec. diambr. lætific. liberant. cordial. temperat. ana ℈j. flor. roſar. rubr. ℥ß. borrag. bugloſſ. violar. lavendul. cheir. ana ʒß. herb. meliſſ. acetoſ. rutæ, Carduibenedict. Corallin. ana Piiij. f. Sacculi arteriales, madefiant in aq. roſar. in quâ prius bullierint flor. cordial. ana Piiij factâ expreſſione forti ſacculi injiciantur, & pulſibus calidè applicentur.

Potionem vulnerariam deſcribit Felix Würtzius *part. 4. cap 5.* talem: ℞. herb. conſolid. major. ſanicul. veronic. verben. ana ʒj. carduibened. ʒj. ʒij. rad. tormentill. ʒß. caryophyllat. ʒj. ʒij. hellebor. nigr. ʒii. Inciſa coque in 4. menſuris vini boni usquè ad conſumptionem dimidiæ partis. Colaturæ ʒiij. quôvis mane propinentur vulnerato. In vulneribus mali moris hanc potionem quam maximè conducere aſſerit. B. Carrichterus, *herbar. p. m. 161.* ut ſupra memoravimus, ex ſolô Carduob. circa initium Junii collecto potionem vulnerariam parat, ejusque pulverem vulneribus inſpergit, & emplaſtris admiſcet.

Ambroſius Paræus herbis, ex quibus pò-

tiò-

tiones vulnerariæ conflantur, Carduumbeh. accenſet, *de lue Venereâ lib. 18.*

Unguentis vulnerariis Carduibenedicti ſuccus utiliter admiſcetur. Joh. de Vigo *l. 7. de Nat. ſimpl.*

Herba Carduib. manſa fœtorem halitus emendat. Matthiol. *l. citat.*

Ad ſcroti tumorem Carduibenedicti folia in vinô cocta & impoſita laudantur à Matthiolo, Trago, Tabernæmontano, H. Braunſchvv. & aliis.

Inflationes teſticulorum folia Carduib. cum floribus in cataplaſmatis formam cum vino dulci redacta & impoſita ſanat. Matth. Silv. *pandect. c. 244.*

Magicas virtutes contra quorumlibet malorũ occurſum Carduob. aſſignat L. Apulejus Madaurenſis in hiſtor. de virtut. herbarum, quandò ita ſcribit: Carduum, ſi Sole novô Luna fuerit in Capricorno, tolle, & quamdiu tecum hunc portaveris, nihil malĩ tibi occurret.

Lumbricorum ſeminaria è corpore eliminat Carduusbenedictus, extra etiam applicatus, quô ad exemplum Reineri Solenandri *Conſil. med. ſect. 3. p. m. 307.* ſequenti modô aliquoties feliciter uſus ſum: à xyphoide cartilagine totus pueri venter cum abdomine rigatur aquâ vitæ, in quâ maduerint herbæ carduib. abſinth. centaur.

min.

min. & ſim. poſtmodum, madenti loco inſpergitur pulvis myrrhæ Alexandrinæ, quô factô duplici linteô calente puer obligatur, & pronus in ventrem aliquandiu decumbit. Parvus hic apparatus ſine incommodô excludit vermes, in iis præſertim pueris, qui omnia interna helminthagoga reſpuunt.

In ani tuberculis Franc. Joel *lib. 4. pr. ſ. 3.* decoctô ſequenti utitur: ℞. rad. glycyrriz. polypod. fœnicul. petroſelin. ana ʒiij. cortic. cappar. ʒij. ſem. aniſ. petroſelin. ana ʒiß. Ceterach, ſcolopendr. ſcord. Carduib. ana Pj. Conſerv. fumar. ʒij. fol. ſen. ʒß. myrobalan. Ind. chebul. ana ʒß. prunor. dulc. Nô. 9. Inciſa & contuſa coq. in ℔ij. aq. in dupl. vaſe per 2. hor. Colaturæ ʒv. tepefactas omni diluculô æger ebibat.

Alarum totiusque corporis graveolentias Carduusb. corrigit. P. Ægineta *lib 7. p. 411.*

In pituitosâ aut melancholicâ ſcabie ſequens potio præclarè utrumque præſtat, concoquit enim ſimul & expurgat: ℞. rad. glycyrriz. helen. polypod. cichor. cholidon. major. ana ʒß. lapath. acut. ʒj. ellebor. nigri in acetô per noctem macerat. & rurſus exſiccat. ʒij. ceterach, Mj. flor. centaur. Carduibenedict. ſcabioſ. ana Mß. rhabarbar. ʒiij. agaric. trochiſcat. in pulverem redacti & in linteô colligat. ʒij. fol. ſen. Alex.

ʒß.

℥ß. thymi, epithymi, ana ʒiß. conſerv. fumar. borrag. bugloſſ. ana ʒj. Contundenda contunde, & concidenda concide, & cum ℔ß. v. ſeri lactis caprin. in cantharo per 2. horas coquantur, & refrigerata colentur: hujus liquoris ʒiv. aut v. manè ac veſperi tepidè exhauriantur.

In leviori ſcabie vitioſus humor commodius ſeq. ſirupis concoqui poteſt: ℞. ſirup. de fumar. de lupul. cichor. è ſucc. carduibened. mell. roſat. ana ʒß. aq. fumar. Carduibened. ana ʒij. M. pro unô hauſtulô per quatriduum veſperi ac mane propinando. Vid. Franc. Joël. *lib. 10. pr. f. 3.*

In ipsâ leprâ decoctis digeſtivis & melanagogis Carduusb. admiſcetur. Idem. *l. c.*

In ſcabie fœdâ & humidâ hydromel laxativum v. apud Greg. Horſt. *obſ. l. 7. obſervat. 19.*

In elephantiaſi potum ſpiritus inſtaurantem, & putredinem arcentem præſcribit Jul. Palmarius *lib. de elephantiaſ. c. 5. tale:* Capus & fruſtum vituli aquæ libris x. coquitur, dum ſex ſuperſint: ſub finem adduntur veronicæ utriusque, bugloſſ. borrag. aſclepiad. pimpinell. calendul. ſanicul. ſymphiti majoris & minoris, plantagin. ſcariol. ſingulor. Mj. rad. pentaphyll. vetonic. coronar. ſem. Carduib. ſcobis eburneæ, & C. C. ſingulor. ʒß. Colatum jus in vitream

ollam inditur, ut in duplici vase aqua proliciatur, quæ sacchari & santali citrini momentô condita usui apta sit.

In gangræna G. Fabr. Hildanus lap. bezoar Orient. g. vj. in aq. Carduiben. it. theriac. vel mithridat. ʒj. in eâdem aquâ cum C. C. & sirup. de limon. ut & trochisc. de camphor. terr. sigillat. & Confect. alcherm. exhibet. Vid. *tract. de gangr. & sphacel. p. m. 147. 148.*

In plicâ polonicâ Hercules Saxonia Med. *pr. l. x. cap. 58.* pulvere menthastri utitur cum aqua Carduibenedicti.

Contra casum & contusiones Fr. Joël. *l. x. f. 5. seq.* decoctum commendat: ℞. radic. vincetoxic. succis. ana ʒß. flor. hypericon. herb. veronic. centaur. min. Carduiben. agrimon. ana Mß. Concisa & contusa in q. s. vini aut cerevisiæ ad tertias coquantur, in cujus decocti hausto lô resolvatur spermatis ceti, ʒß. & quotidie manè exhibeatur.

Et hæc sunt, Candidissime Lector, quæ de Carduobenedicto ex tot Authorum monumentis, propriisque observationibus erucre, quantum quidem per alias occupationes licuit, superiorum authoritas nos jussit. Si hâc tenui opellâ publico commodo velificatus essem, maximoperè gauderem, mihique non parum gratularer: sin verò omnium expectationi in hujus materiæ sterilitate

to non ad amussim satisfeci, voluntas pro facultate esto, sufficiatque, tantô impensius illud, quod institutum nostrum de omnibus benè mereri cupidum exigit, voluisse, quantô minus propter ingenii tenuitatem, & tot ægrotorum quotidiè labores nostros interpellantium, impedimentum illud assequi licuit. Finio igitur cum Regio Prophetâ Psalm. 139. Mirabilia sunt opera tua Domine, & hoc agnoscit anima mea: & Psal. 150. Omnis Spiritus laudet Dominum Halleluja.

Author ad Lectorem benevolum.

CAndide Lector, habes nostri monumenta laboris,
quæ non obtulimus laudis amore tibi:
Verũ quæ firment dedimus calcaria pectus,
quæque animum stimulent exhilarentq; tuum:
Ut deinceps meliora tuô vel Marte, vel Arte præstes. Interea, Lector amice, Vale.

Plinius.

ARdua res est, vetustis novitatem dare, novis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò Naturam & naturæ suæ omnia. Itaque etiam non assequutis voluisse abundè pulcrum & magnificum est.

Virtutum Carduibenedicti.

CArduus ob vires benedicti nomen adeptus:
quô sumptô stygiæ non metuuntur aquæ.
Omnes in totô curat ferè corpore morbos,
quos primus, medius, venter & imus habet.
Nulla soporiferi cuiquam lethalia succi
pocula, vel plenis faucibus hausta nocent:
Hâc herbâ utentem non Colchica pocula, lædent,
nulla cruentarum vulnera Cantharidum:
Non aconita nocent, nô diræ sumpta cicutæ
formidata reis pocula damna dabunt:
Carduus illatos deridet ab aspide morsus:
Viperei dentis vulnera nulla timet:
Scorpius antidotum nostrum formidat aduncus,
Indomitum totô corpore virus alens:
Sanat, quos ictus infligit aranea membris,
quas fungus noxas, quas quoque Vespa, parit.
Hôc quoque nulla homines hebetata phalangia lædent:
hôc præsente suum deposuere malum.
Ventriculi mala Carduus hic exstirpat, & asthma:
Splenis item morbos, hepatis atque uteri:

Et

Et quoties inflata premunt præcordia venti,
murmure vel raucô viſcera preſſa ſonant:
Vel cum ſuccingens coſtas membrana laborat,
Pulmones reprimens deſuper ipſa leves:
Adjuvat icſtericos, flavâ cum bile vireſcunt,
Coryciô tincti lumina fulva crocô:
Carduus occluſas reſerans acredine venas
gaudet ad occultos vi penetrare ſinus:
Ardentis furias bilis ſtimulosque retundit,
inque hoſtem armatum Carduus arma movet.
Cum pallore cutis ſqualet: cum turgidus hydrops
affligit, diris ille medetur aquis:
Obſcurumque acuit viſum, ſurdam excitat aurem:
à quôcunque malô liberat ille caput:
Herculeo morbo, convulſis ille medetur,
& mirâ articulos commoditate juvat.
Frigida veſicæ reparabit damna, recludet,
Urinæ clauſus quando meatus erit:
Materiam prolisque tibi, ſpecioſa Dione,
ſuggeret, & caſtris arma petita tuis.
Quique jacet longis renũ cruciatibus æger,
Carduus huic certam fert benedictus opẽ:
Expurgat validè ſentinam pectoris ægri:
Vulnera cum fœdis glutinat ulceribus.
Quando venenatos molitur Lucifer axes,
Et ſtygiis latè peſtibus afflat agros;

Inter multa tenet solus medicamina palmã,
pestiferamque fugat fortiter ille luem.
Torrentumque abigit febrium discrimina: vires,
cum canis in rabiẽ concita mordet, habet.
Hôc sit pro donô benedictus in æva Creator:
Soli huic debetur gloria, laus & honor.

Δόξα τῷ θεῷ ἀρχιάτρῳ τρισμεγίστῳ.

SERIUS MISSA.
in
CARDUUM BENEDICTUM
nomine & re Benedictum
GEORGII CHRISTOPH. PETRI D.
Medici Electoralis Moguntini, Fac. Medicæ in Academiâ perantiquâ Erfurtensi Assessoris, Sacr. Rom. Imperii Academ.
NATURAE CURIOSORUM
COLLEGAE
ACHILLIS
dicti.

THessala dum quondam Tempe *CHIRONE* Magistro
PELIDES peteret Pharmaca grata legens:
Tunc inter Florum turmas, quas gemmea prata
Fundebant vario germine mellifluas,

CAR-

CARDUUS hirſutus ſpinis caput extulit, atq;
Præ reliquis Plantis enituiſſe cupit.
Hunc prius haut viſum dum carpere tentat *ACHILLES*,
Vulnerat imprudens ecce cruore manum,
Utque novæ plantæ cupit explorare ſaporem,
Felleus ingratusque inficit ora ſapor.
O quam nulla fides fronti eſt! exclamat *ACHILLES*,
Sint maneantque Aſini Fercula digna Labri!
Vidit ut errorem *CHIRON*, ſubriſit, & inde
Pluribus enumerat commoda quanta ferat:
Ut Fel Mella tegat, ſpinoſo ut cortice demto
CARDUUS Ægrorum ſit Panacéa malis:
CARDUUS ut certò perimat data Toxica ſæva,
Glutinet ut læſæ vulnera dira Cutis:
Utque levet tetricæ pulſatos verbere Febris,
Frigora depellens igniferosque focos.
CARDUUS hic *Sanctus poſt ſit BENEDICTUS*, Achilles
Clamat, *ſint PHOEBI fercula digna Labro!*
CARDUUS & BENEDICTUS erit, quem noſter Achilles
PETRUS, Teutonici gloria prima Chori
Protulit

Protulit, efficiet docto dulcore Labella,
Et dabit Ægrotis Nectar & Ambrosiam.

Honoratissimo Dn. Collegæ ex Vratislavia Silesiarum gratulabundus acclamabat

Philippus Jacobus Sachs à Lewenheimb Ph. & Med. D. S.Rom.Imp. Acad. Natur. Curios. p.t. Adjunct.

In

CARDUUM SANCTUM,

Nobilis. & Excellentis.

Dn. D. G. CHRISTOPHORI PETRI.

CArdue spinosis qui turges undique cristis,
Cardue tristis agris, tristior Agricolis.
Tene juvat posthac benedicti sumere nomen,
Atque manus dias inter habere locum?
Te veniente fugit Pleuritis & ipsa Phlogosis,
Febrilisque horror Te veniente fugit.
Obstructos reseras renes, quo salsa canales
Flumina transmittant Cardue Sancte facis.
Cardue terribilem Te dixerat hactenus omnis,
Petri, qui sanctum redderet, unus erat.

Ad Zoilum.

Si pro mote tuo rodere Carduum
Petri Te juvet hunc Zoile, cogites,
Præter torvum asinum & Cyprigenæ gravem
Porcum nullum animal rodere Carduum.

Chemnitii d. 25. Octob. 1668.

Christian. Fridericus Garmann.
Med. Licent. Phys. ib. ordinar.
Academ. N.C. Collega, Pollux.

Tabula rerum.

Carduus benedictus consideratur vel secundum

- Naturam & essentiam, ubi traditur ejusdem
  - 1. Nomenclatura. p. 27. & seq.
  - 2. Descriptio & Signatura. p. 33. & seq.
  - 3. Differentia, & ὡς ἐν παρόδῳ species Carduorum ferè omnium. p. 38. & seq.
  - 4. Locus natalis. p. 48. & seq.
  - 5. Vires & qualitates. p. 52. & seq.
  - 6. Tempus
    - quô crescit & adolescit. p. 48. & seq.
    - quô colligendus & asservandus. ibid.
- Usum eumque vel ratione
  - præparationis
    - Pulveris Carduib. f. 61. pulv. febril. 80.
    - aq. destillat. f. 62. c. vin. 62. aq. capon. 115. aq. contr. morb. gall. 136. aq. hysteric. 157. &c.
    - Liquor. Vitriolat. 83. spiritus, 62. spir. Salis Carduibenedicti pretios. p. 68. succus depurat. 63.
    - Tartar. lutos. ibid. spir. febrilis 90. sirup. f. 64.
    - Sirup. compos. 81. antipleuriticus, 111. bezoart. 81. alexipharmac. 188. epileptic. 162. &c.
    - Conserv. 64. Emulsio ex sem. f. 77. compos. 77. 109.
    - Extractum f. 64. liquidū, 65. compos. 78.
    - Sal fix. 66. volatil. 68. febrile, 70. oxysal. diaph. ibid.
    - Crystalli seu lapilli Carduib. 67. ♀rum

Digitized by Google

A B lutoſum, 63. Magiſter. 72. ol. coct. 71. 91. deſtillat. 71. expreſſ. 72. eleoſachar. 72. ol. contr. verm. 138. eſſentia, 65. eſſent. hypochondriaca, 149. elixir. 66. febrile, 83. elix. Cordial. 122. decoct. ſ. 76. compoſ. pleurit. 111. Claretum, 76. vinum medicatum, 74. & ſeq. aloët. ib. Cereviſia medicata. 75. acetum ſ. 73. bezoartic. ib. oxymel. 135. oxym. pectoral. 108. de peto, ibid.
Hydromel. laxativ. 230. rotul. 77. morſuli, 78. electuaria varia, 84. ſeq. 176. antidota. 83. ſeq. opiat. 135. 172. Alexiterium vegetabile ſpecificum, 81.
aq. compoſ. var. alexipharm. 89. epileptic. 101. ſeq. epatica, 129. reſtaur. 116. & aliæ variæ.
Pilulæ, 90. mixtur. ſtomachic. 127. alexipharmaca, 190. 191. Tinctura pleuritica, 110. potio, ibid.
Pilulæ catarrhales, 98. potio vulneraria, 138. potio laxans, 204. pulv. bezoartic. var. 79. ſeq. 174. pulv. pleuritic. 108. ad tuſſim, 117. Clyſſus, 69. vin. gvajacin. 135. looh ad tuſſim, 118.
Tragea ſplenetic. 131. epithemata, 202. ungventum bezoarticum, 92. emplaſtrum, 236.
Clyſter. 101. 102. 147. 153. amuletum, 237. ſacculi Cordiales, 103. &c. &c.

A

A

Vel administrationis in morbis

- Capitis, ut in
  - Cephalalgiâ Cephalæâ, 96. seqq. epilepsiâ, 102.
  - Apoplexiâ, 100. Catarrhô, 98. vertigine, ibid.
  - Paralysi, 96. 100. Convulsione, spasmô, 96.
  - auditûs & visûs debilitate, ibid. ophthalmiâ, 97.
  - Hemicraniâ, 100. memoriâ amissâ, ibid.
  - Fœtore halitûs, 100. 239.
  - Hæmorrhagia narium, 100. 37.
  - Δυσχροία faciei, 103. alopeciâ. ibid.
  - Plicâ polonicâ, 142. gingivis & dentibus stabiliendis, 100.
- Pectoris, ut in
  - Pleuritide, 108. peripneumoniâ, 105. empyem. 116.
  - asthmate, 105. tussi, ib. phthisi, 114. anginâ, 105.
  - Palpitatione cordis, 121. syncop. & deliq. 120.
  - Peste, 161. & seq. febribus petechialibus & malign. 206. variolis & morbillis, 213. seq.
  - Febribus intermittentibus, 200. & seq.
  - Alarum fœtore, 240. 59.
- Infimi ventris, ut in
  - Appetitu dejectô & depravatô. 127. dolore stomachi, ibid. inflatione ejusd. 128. singultu, ib. vomitu procurandô, 206. profluv. alv.

A B

A B

alv. 154. diarrhæâ, 155. dyſenter. 154. colicô dolore, 139. doloribus laterum, 131. hepatis obſtructione, 129. intemperie frig. ibid. luę Venereâ, 135. lienis infarctu, 130. ſcirrhô, ib. inflatione, 130. hydropis ſpecieb, 141. 142. 143. abſceſſu renum, 147. vermibus, 138. ſeq. 240. urinæ ſuppreſſione, 147. icterô, 140. melanchol. hypochondr. 149. & ſeq. ſcorbuto, 118. calculô, 145. & ſeq. 232. arthritide, 230. podagrâ & cheiragrâ, ibid. uteri ſcirrho, 150. ſecundin. ret. 152. ſeq. ſuffocatione matricis, 150. obſtruct. menſ. 151. impotentiâ, 153. ſeq. ſcroti tumoribus, 239. inflatione teſticulorum, 156. 239. gonorrhæâ, 156.

externis

eryſipel. 215. cancrô, 231. ſcabie, 241. ulceribus, 234. carbunculis, 226. lepra, 234. 241. elephantiaſi, 172. gangrænâ & ſphacelô, 142, 59. vulneribus, 235. venenis, 217. fiſtulis, 234. ambuſtionibus, 227. venenoſorum animalium ictibus, 220. morſu canis rabidi, 222. leuce, 227. ani tuberculis, 240. puſtulis nigris, 227. contuſionibus, 242. concuſſione, 156. ani Rhagadibus, 234. &c.

IN-

Digitized by Google

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

A.

ACanthium Illyricum seu peregrinum. 39
majus. ib.
Acanthus Germanicus. 29
Acanthus seu branca ursina. 39
Acarna Theophrasti & Walerandi. 46
Acetum bezoarticum. 73
Carduibenedicti simplex. ib.
myrrhatum. ib.
rutæ compositum. ib.
theriacale Mynsichti. ib.
Alexiterium vegetabile specificum. 81
Alimenta etiam corpus nostrum destruunt. 16
Alopeciæ remedium. 103
Amara ex nutrientium numerô non omninò excludenda sunt. 61
Ambustionum remedium. 227
Animalium venenatorum morsus remedium. 220
Ani ulcera Carduusbenedictus sanat. 234

An-

Anthraces peſtilentes ſanat Carduusbenedictus. 226
Antidotus certa contra peſtem non datur. 160
Antidotus Jac. Ricii. 83
- alia contra peſtem. 176. 179. 178.
Cardiaca. 193
Antimonium diaphoreticum cum aq. Carduib. circulatur. 88
Aphrodiſiaca virtus in Carduibenedictõ. 153
Apoplecticis vinum Carduibenedicti conducit. 98
Apoſtematum curatio. 227
Apozema Catholicum purgans in peſte. 205
Apozema contra peſtem. 184
Apozema Magiſtrale hydropicum. 141. 144
Aqua analeptica. 120. antiſcorbutica. 148
antipleuritica. 112. Apoſtolorum. 198
aſthmatica. 107. bezoartica. 196. 201
ex ſuccis. 201
Carduibenedicti vehiculũ alexipharmacorum. 61. 88
pota ſanat vulnera. 235 ſeq.
ſingularis Grülingii. 89
caponum. 115. citri alexipharmaca. 88
contra calculum. 145. 146. contra malignitatem. 194. 88
con-

contra morbum gallicum. 136. seq.
cordialis aurea: 121. alia, 122.
epatica, 129. epileptica, 101. febrifuga, 89. 195.
florum carduibenedicti contra dysenteriam. 154.
histerica. 157. mithridatica. 198. pectoralis, 119.
pestilentialis rubra. 89. petechialis Anhaltina. 209.
præservans à peste. 202. Solis. 196.
sudorifera in hydrope. 140. in peste. 197. 201. temperata pro pueris in peste. 200.
theriacalis, 196. 197. & seqq.
Aranei punctura remedium. 220.
Arcanum Carduibenedicti contra quartanam. 218
Arcanum contra pestem. 193
Arthritidis remedia. 228. & seq.
Ascaridum remedium. 138.
Ascitis hydropis remedium. 142
Ascolymbrus Bellonii. 41
Asthmatis curatio. 108
Attractylis. 29. hirsutior. 30
Auditus difficilis curatio. 96.

B.

BAlsamicus succus è Carduobenedicto statô tempore exsudans. 236.

Digitized by Google

Bezoar Sophisticus. 88
Bombyx seu lanugo Carduib. ulcera sanat, impositа. 233
vulneraria est. 236

C.

CAlculi remedia. 144. seq.
Cancri curatio. 232. seq.
Canis rabidi morsûs remedium. 222
Caput est fons & origo plurimorum morborum. 95
Carbonum recens accensorum venenum. 217
Carbunculos pestilentes sanant Carduib. folia impositа. 226
Cardiaca medicamenta. 120
Carduibenedicti descriptio. 33. etymologia. 27. Natura. 33. paronymia. 27. synonymia. 28. Signatura. 37. vires & qualitates, 52. & seq. usus, 60
Carduusbenedictus cur sic dictus. 32
ex Indiis primitus allatus. 47. 55.
in Insulâ Lemnô suâ sponte provenit. 48
in potu & cibo sumi potest. 61. 163. 167. 219.
sangvineis stillat guttulis. 35. 51.
seritur principiô veris. 50
sine spinis quomodo crescat. 50
sale multô abundat. 52
comestus facit, ut mares concipiantur, 154. valet

valet ſpecificè contra peſtem. 163. & ſeq
contra venena. 217
virtutes Magicas obtinet. 239
veneno Tarantulæ adverſatur. 222
Carduus Mariæ ſolô aſpectu ſtranguriam curat. 41
Carduus echinatus, 42. lanceolatus, ibid. ferox. ibid.
albus, Arabicus, Iudaicus, ibid. ramptorius, ibid.
tomentoſus, 43. bulboſus, pratenſis, ſtellatus, ſolſtitialis, ibid. Araeophyllos, Cordryloides, eriocephalus, niger, & alii varii. 46. 47
Carduus Veneris vermiculum producit ſpecificum contra quartanam remedium. 44
Carduncellus. 31. 44
Carolinæ radix ab Angelo contra peſtem Carolo Magno commendata. 41
Carolina ſilveſtris. 41
Catarrhos abſumit vinum Carduibenedicti. 98. 99
Cephaleæ & Cephalalgiæ curatio. 97
Cereviſio medicata. 75
Chamæleon niger ſeu Crocodilium. 41
Chyloſtagma diaphoreticum. 200
Circulus ex quadratô. 69
Claretum. 76. Univerſale. 64. 122
Clyſſus Carduibenedicti. 69

Clysteres ingreditur Carduusben. 123.138.148 153
Cnicus sativus officinarum seu Carthamus. 45
Colici doloris remedia. 139
Concussionis vehementis remedia. 156
Confectio theriacalis. 224
Conserva Carduibenedicti. 64
Convulsionis curatio. 96
Crabronum ictûs remedium. 222
Crystalli Carduibenedicti. 67
Cynara seu Carduus sativus. 40

D.

Decoctum antipleuriticum.111.antiphthisicum. 116
Carduibenedicti simplex & compositum. 76.77
Catarrhale. 99. contra calculum. 144 145
contra casum & contusiones. 242
contra colicum dolorem. 139
contra morbum Gallicum. 133.seq.
contra hæmorrhagiam nimiam in cancro. 232
contra quartanam. 211.212
contra respirationem difficilem. 105
extra in peste admovendum. 203
expellens in variolis & morbillis, 215. ficuum, ibid. & seq.

Digitized by Google

galli veteris, 129. hypochondriacum, 131. 149
in empyemate. 116. menſes movens. 157
ſudoriferum in aſcite. 142. in peſte. 183
Dentes ſtabilit Carduus Sanctus. 100
Deſtillatum antepilepticum. 103
arthriticum. 229
reſtaurans pro pleuriticis. 113
Diarrhœæ remedium 155
Donacitis. 42
Drupis. 45
Dyſenteriæ remedium. 154
Dyſpnœæ remedium, 122

E.

ELectuarium abſinthiacum. 129. aureum, bezoarticum contra peſtem. 85 176. & ſeq. de Carduô Cratonis. 86
Electuarium contra melancholiam. 150. hydropem. 140. 144.
diapetaſites. 180. de baccis juniper. 192
ex dictamnô. 181. Orvietanum. 85. & ſeq.
prophylacticum. 177. 178
ſolutivum in peſte. 204. 205
Eleoſaccharum Carduibenedicti. 72
Elephantialis remedium. 241
Elixir arthriticum calidum. 230. Carduib. 66
Cordiale. 123
febrile, 83. Vitæ Budæi, 192

Emplaſtrum ex Carduobenedicto. 234. 236
Empyematis remedium. 116
Emulſio diuretica in peſte. 186. in variol. & morbil. 213
pleuritica. 77. 108. petechialis. 77. contra puncturas laterum. 131. feminis Carduib. ſ. 77
ſudorifera in peſte. 186. 207. ſeq.
Emulſum enulatum. 106
Epilepſiæ remedium. 101. 103
Epithemata in peſte. 202. & ſeq. 227
Eryngium Carduis accenſetur. 45
Eryſipelatis remedium. 215
Eſſentia bezoartica. 82. Carduibenedicti. 65. 128
hypochondriaca. 149. ſudorifera. 209
Eſulæ venenum. 223
Euphorbii ſuccus è longinquo colligendus. 45
Expectorantia medicamenta. 117
Extractum Carduib. ſimpl. 64. compoſ. alexipharmac. 78
liquidum. 65
Exulceratorum pulmonum & faucium remedium. 119

F.

FEbris eſt morbus univerſalis. 157
Febris tertianæ remed. 209. tertian. noth. 210
pete-

petechialis remed. 206. ſyncopalis remed. 210
quartanæ remed. 211. 212
Fiſſurarum in ano remedium. 234
Fiſtulas curat Carduusbenedictus. 234
Floridi coloris in facie productio. 103
Fœtoris halitûs remedium. 239
Fructuum intoxicationes. 16
Fungorum venenum. 222

G.

GAlodragon Xenocratis. 44
Gangræna ab animalium venenatorum morſu. 223
Gangrænæ remedium. 243
Gingivas conſervat Carduusbenedictus. 100
Gonorrhœæ virulentæ remedium. 156
Graveolentiam alarum corrigit Carduusbenedictus. 240

H.

HÆmorrhagiæ narium curatio. 100
remedium in cancrô. 232
vulnerum nimiæ curatio. 238
Halitus fœtentis curatio. 100. 239
Hauſtus expellens in variolis & morbillis. 213
in ſcabie. 241. purgans in peſte, 205
ſudoriferus in peſte. 183. in tertianâ, 210
Hemicraniæ remedium. 100
Hiſtoria fœminæ cancrô laborantis Carduob. curatæ. 231

Digitized by Google

elegans lacertæ cum vipera dimicantis. 20. 21
veneni sumpti & aquâ Carduib. expulsi. 218. 223
ulceris putridi Carduib. decoctô curati. 235
Homo à brutis didicit remedia, ut & 19. 20
ab illicitâ cum Dæmonibus conversatione. 23
est planta inversa. 94. nascitur nudus & inermis 225
Hydromel laxativum. 230. 241
Hydropis remedia. 140
Hydroticum antepilepticum. 102. antidotum. 208
Hyoscyami venenum. 217
Hypochondriacum Zvvingeri. 148

I.

ICteri remedium. 140. 141
Incisiones nervorum Carduus benedictus sanat. 236
Inflationis lienis & hypochondriorum. 131. testium. 156. 239
ventriculi remedia. 128
Infusum contra pestem. 182. 202. 204. contra vermes. 139
leniens in peste. 205. 206. menses movens. 151. 152. præservans. 183
Injectiones in pectoris cavitatem in empyomate apertô. 117. Insessi-

Digitized by Google

Inſeſſibus Carduusbenedictus admiſcetur. 102
Iſchuriæ remedium. 147
Julebus expellens in variolis & morbillis. 213.
Julebus in peſte. 184.186

L.

LAnugo Carduibenedicti ſanguinem ſiſtit. 100.101.235
vulnera ſanat ſine dolore. 235
Lapilli Carduibened. 67
Lepræ remedium. 237.241
Leucacantha. 39
Leuces remedium. 227
Leucophlegmatiæ remedium. 152
Lienis tumentis remedium. 130
Liquor nitratus Carduibenedicti. 83
ſtillatitius contra venena. 200
Lolii ſeminis venenum. 217
Looh in tuſſi gravi 117. 118
Luis Venereæ remedium. 132.133.134
Lumbricos necat Carduusbenedictus. 137 100.239
Lumbricus latus. 138

M.

MAgicæ virtutes Carduibenedicti. 239
Magiſterium Carduibenedicti. 72
Mammarum ulcera putreſcentia ſanat Carduusb. 234

Digitized by Google

Mandragoræ venenum. 211
Melancholiæ hypochondriacæ remedia. 149
Melocarduus echinatus Indiarum inquilinus. 44
Memoriæ confortatio. 99.100
Menſium cum dolore fluentium remedium. 152
Meſenterium ſtrumarum fundamentum ſecundum Riolan. 126
Mixtura bezoartica. 189. 190. contra hydropem. 143
contra peſtem. 189. contra pleuritidem, 112
ſtomachica. 127. ſudorifera Catholica. 190. 192
Morbillorum remedium. 213
Morbum Gallicum curat Carduusbenedictus. 133
Morſuli ex Carduobenedictô. 78. 187

N.

NAtura non labitur in deterius. 18
Naturæ cinnus. 45
Neceſſitas hominem docuit remedia. 23
Nodulus pro avertendâ & præcavendâ peſte. 202

O.

OBauditionis remedium. 96
Obſtructionis epetis & lienis curatio. 129. & ſeq. 131

Obſtructionis menſium remedium. 164
Oculorum pruritûs, rubedinis, & maculārum remed. 97.226.
ſuffuſionis, 97. leucomatum curatio. ib.
Odor Carduib. florentis è longinquo captatus pyra moſchatellina æmulatur. 77
Oleum Carduib. expreſſum, 72. deſtillatum & ſimplex. 71
Gregorii Caravitæ. 91. 224. rhabarbari compoſ. 93
ſcorpionum magnum Matthioli. 71
Vitrioli peſti reſiſtit. 186
Opiata contrà peſtem. 178. ſeq.
Opii maligna qualitas. 217
Orvietanum. 169
Oxymel Carduibenedicti. 185
helleboratum, 81. pectorale, 108
Oxyſal diaphoreticum Carduibenedicti. 70

P.

PAlpitationis cordis remedium. 123
Paralyſis remedium. 96.128
Partum promovens. 151
Paſtinacæ ſilveſtris radicis venenum. 217
Peſtis remedia. 158.164. & ſeq.
duplex cauſa. 159. verum ſubjectum. 160
creditur eſſe animata. 160
Phœnix Carduus. 42
Phthiſis remedia. 114. & ſeqq.
Pilulæ contra peſtem. 91. & ſeq. contra tertianam. 90.209

Digitized by Google

Catarrhales. 98. de Carduô Cratonis. 91. epaticæ, 130.
laxantes in peſte, 205. menſes moventes, 152.
podagricæ, 229
Pleuritidis veræ & ſpuriæ remedia. 108. ſeqq.
Plicæ Polonicæ curatio. 242
Podagræ remedium. 229. 230
Polyacantha. 44
Potio alterans in petechiis. 207. antipeſtifera. 182. aſthmatica. 108. contra tertianã. 210. venena, 222. & ſeq. in cancro. 232. elephantiaſi, 241. febre ſyncopali, 210. exulceratione faucium & pulmonum. 119. de Carduo, 182. contra diarrhœam, 155. febres malignas. 185. tertian. 210. in lenticularibus febribus, 207. morbô Hungaricô, ibid.
Potio præſervans à variolis & morbillis. 213 ſeq.
ſudorifera in ulceribus à defluxione ortis. 235.
pro prægnantibus. 185. 207
vulneraria. 236. 238.
Poterion ſeu phrynion phthiſicis ſubvenit. 46
Prophylacticum in febribus. 138
Pulvis amarus contra peſtem, 171. antipeſtiferus. 80. 170. alius cum moſchô, 170. aſthmaticus, 105. bezoarticus, 79. 172. & ſeq.

ſeqq, Carduib. ſimpl. 169. contra dyſenteriam, 154. contra tuſſim, 117. contra tumorem lienis, 130. contra venena, 224. cordialis, 124. expellens in variolis & morbillis, 215. ex herbâ & ſem. Carduib. paratus in peſte, 61. 158. febrilis, 80. 210 in ulceribus mali moris, 235
pleuriticus, 80. 108. Vitæ, 173
pro plebejis tempore peſtis. 175
Purgantibus admiſcetur Carduusbenedictus. 124
Puſtulas nigras tollit aqua Carduibenedicti. 227

Q.

QUartanæ febris remedia. 211. 212.

R.

REgimen in peſte. 162
Remedia ex omnibus Creaturis hauriuntur. 25
Renum abſceſſus, 147.
Renum doloris remedium. 145
Reſpirationis difficilis curatio. 105
Reſtæ bovis radix contra calculum. 45
Rhagadum ani remedium. 234
Rotulæ cum extractô Carduibenedicti. 77
Rotulæ contra catarrhos. 98. contra peſtem, 187.
Ruboris nimii in facie curatio. 103

S.

Saculus contra vomitum, 128. Cordialis in peste, 203
Cordialis in syncope, 238
Sal Carduibenedicti, 66. Crystallinus, 67. volatilis, 68. diaphoreticus. 209. est eximium remedium contra pestem, 67. 189. febrilis Mynsichti, 70. febrifugus Rolf. 71. hydropicus, 143
Scabiei remedium, 240. & seq.
Scolymus silvestris, 40
Scombri Carduus, Scombrovolus, 41
Scorbuti remedia. 147. seq.
Scorpionis punctura remedium. 219. seq.
Scroti tumentis curatio. 239
Secretum in peste. 182
Secundinarum retentarum expulsio. 152. seq.
Serpentum morsûs remedium. 220
Signaturæ herbarum. 18
Signatura Carduibenedicti. 25. 37
Singultûs remedium. 128
Sirupus alterans in lue Venereâ, & simul laxans. 135. antiphthisicus, 116. antipleuriticus, 111. asthmaticus. 107. aperiens, 81. Carduibenedict. 64. contra pestem. 188. contra quartanam, 212. Cordialis, 123. diaphoreticus febrilis, 81. epilepticus Cratonis, 102. in cancro, 232. tussi, 118

Digitized by Google

Spasmi remedium, 96
Species contra dysenteriam, 154. contra pestem, 172
febrifugæ, 210
Specifica vegetabilia contra pestem. 162
Specificum Lutheri contra puncturas laterum. 113
Spina Regia. 42. murina seu Corruda tertia Clusii. 47
Spinosi generis olera stomacho cõmoda. 127
Spiritus Carduobenedicti, 62. enulatus compositus, 107
febrilis, 90. Θis Carduibenedicti, 68
terræ sigillatæ contra pestem. 186
Stercora animalium nonnullorum ob salis volatilis copiam maximè penetrant ac discutiunt. 114
Succus Carduibenedicti quomodo diu asservari possit. 63
Sudoriferum in ascite. 142
Syncopis remedium. 120. 238

T.

TAbellæ præservantes Imperatoris Maximiliani. 87
Tarantulæ venenum, 217. admirandus effectus, 223
Tartarus emeticus. 206
Tartarum lutosum Carduibenedicti. 63
Teganitæ ex Carduobenedicto. 60

Testiculorum inflatorum remedium. 239
Theriaca febrilis Catholica. 215
Theriaca Germanorum, 169. domestica. 180
Tinctura alexipharmaca Rolfinciana, 190
bezoartica, 82. 191. antipleuritica, 110
Torpedinis venenum, 217
Tragacantha seu hirci spina, 46
Tragea arthritica, 229. splenetica, 131
Tragon. 46
Tuberculorum in ano remedium, 240
Tumoris in scrotô curatio. 239
Tuna. 47
Tussis remedia. 117. & seq.
Tympanitis remedium. 141

V.

VApor decocti Carduibenedicti calculum locô movet. 146. 235. menses movet. 151
Variolarum & morbillorum remedium. 213.
Venenum quid? 216
Venena trium Regnorum, 216. diversimodè lædunt, 217
Venenorum magna copia, 216. remediû. 218
Venenosorum animalium antidota. 222. 223
Ventriculi phlegmata consumit Carduus-benedictus. 128
inflationis remedium, 128
Vermes ex venâ cavâ in cor delati. 105
Vermium remedia. 137. seq. 240

Digitized by Google

Vertiginis curatio. 98
Veſperam iûs remedium. 222
Vina medicata. 74.75
Vinum alexipharmacum Horſtii, 76. aloëticum, 74. bezoarticum. 76. Carduibenedicti, 74.76.138.147.151. contra dyſenteriam, 155. guajacinum, 135. hydropicum, 144. in obſtructis menſibus, 152. in ſecundinis retentis, 152. theriacale. 76
Vitiliginis remedium. 237
Ulcerum in tibiis curatio. 233
malignorum in pudendis remedium. 233
putreſcentium curatio. 232
Unguentum bezoarticum Angeli Salæ. 92
D. Martini, 62.92
in ulceribus tibiarum, 133
in vulneribus. 239
Unitas ex triade. 69
Vomitorium in peſte. 206
Vomitûs remedium. 128
Urinam movet Carduusbenedictus. 147
Uteri morbos curat Carduusbenedictus. 150
ſtrangulatîs & ſuffocationis remedium. ibid.
impuri purgatio. ibid. ſcirrhi curatio, ibid.
vaſorum ruptorum ſanatio. ibid.
Vulnera recentia ſanat Carduus Sanctus. 236

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA,

Quæ ob Authoris abſentiam irrepſere, benevolus Lector ita corrigat.

PAg. 24. l. 17. lege, ἀδύνατον. p. 29. l. 15. crepulam. p. 38. l. 23. leg. σκόλυμος. p. 41. l. 6. borda. p. 50. l. 27. leg. ſi cacumina. p. 71. l. 7. fumariæ. p. 76. l. 9. juniper. p. 90. l. 13. leg. ℈ri. p. 98. l. 23. & 27. pro ʒ. pone ℥. p. 107. l. 11. Früh∫. p. 115. l. 24. dele cort. p. 117. l. 10. lege, ſuccum. l. 11. ſumptum. l. 12. Tabernæmontanus. p. 124. l. 8. aromatiſatus. p. 125. l. 21. trutinatur. l. 23. intergerini. p. 141. l. 3. lege ʒ. 3. 4. p. 148. l. ult. aper. p. 177. l. 23. Carſinæ. 182. l. 8. cinamomi. 192. l. 24. jugland. 194. l. 10. fortiter. p. 195. l. penult. l. cum. p. 200. l. 12. melon. p. 201. l. 9. pro ʒ. l. ℥. p. 207. l. 23. lapidis bezoar. p. 208. l. 4. pro ʒiß. l. ℥iß. p. 240. l. 24. chelidon.

Digitized by Google